DE ANTHOLOGIAE PALATINAE EPIGRAMMATIS CYZICENIS


DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE
REGIMONTANO

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

HERIBERTUS MEYER
KLAUSTHALIENSIS



REGIMONTI
EX OFFICINA HARTUNGIANA
MCMXI

Gedruckt mit Genehmigung
der Philosophischen Fakultät der Kgl. Albertus-Universität
zu Königsberg i. Pr.

Referent: Prof. Dr. R. Wünsch.

PARENTIBUS CARISSIMIS

sacrum

Prooemium

Tertium Anthologiae Palatinae librum occupant illa nota epigrammata undeviginti Cyzicena, quae non solum propterea, quod a poeta pessimo confecta et pessime sunt servata, verum etiam de origine et consilio multa exhibent aenigmata. Atque unus tantummodo codex Palatinus 23, qui totam continet Anthologiam Palatinam, haec epigrammata memoriae tradidit a fine quinti quaternionis p. 76, 16 usque ad initium quaternionis sexti p. 81, 7.[1]) Huius partis manus prima (A)[2]) saeculi fere undecimi est;[3]) lemmata nonnulla adscripsit lemmatista quidam, sed ex ipsis titulis A librarii mutuata;[4]) obiter recensuit priores libros quattuor Anthologiae Palatinae corrector, qui multos locos correxit ac lemmata adiecit, cuius tamen manum in epigrammatis Cyzicenis Preisendanz cum Stadtmuellero non agnoscit.[5])

---

1) H. Stadtmueller in praef. edit. Teubnerianae vol. I p. III; C. Preisendanz, Anthologia Palatina. Codex Palatinus et codex Parisinus phototypice editi. Pars Prior. Lugduni Batavorum 1911 praef. p. XXXIV.

2) G. Finsler, kritische Untersuchungen zur Geschichte der griech. Anth. Diss. Zuerich 1876 p. 13; Preisendanz, praef. p. LVII.

3) G. Finsler p. 19.

4) Preisendanz praef. p. XCI.

5) idem praef. p. CXVI.

Ut inscriptio epigrammatum indicat, illa erant *ἐν Κυζίκῳ εἰς τὸν ναὸν Ἀπολλωνίδος, τῆς μητρὸς Ἀττάλου καὶ Εὐμένους, ἐπιγράμματα, ἃ εἰς τὰ στυλοπινάκια ἐγέγραπτο.* In codice singulis epigrammatis antecedunt argumenta pedestria, quorum nonnulla indicant, quo stylobati loco singulae templi columnae erectae fuerint. Erat Apollonis civis Cyzicena, uxor Attali I, Pergamenorum regis, qui regnavit 241—197 a. Chr.,[1]) celebrata cum propter virtutes animique candorem tum propter amorem erga filios, quos habuit quattuor, Eumenem, Attalum, Philetaerum, Athenaeum.[2]) Mortua est Eumene rege, qui Attalo patri successerat, inter annos 166 et 159;[3]) nam hoc anno Eumenes e vita discessit. Templum autem Cyzicenum Apollonidi post mortem exstructum est, quia Attalidarum mos erat mortuis tantum regibus et reginis templa aedificare; tum demum nominabantur *θεοί* vel *θεαί*.[4]) Si autem Suidae (s. v. *Ἀπολλωνιὰς λίμνη*) fidem habere volumus, Attalus II, qui Eumeni fratri successerat (anno 159), matrem condidit in maxima Pergami aede, quam ipse aedificandam curaverat. Possumus igitur conicere post annum 159 templum Cyzicenum esse exstructum, fortasse intra annos 159 et 149.[5])

---

1) Wilcken in P(auly)-W(issowae) Realencyclopaedie II 2159.

2) cf. Polyb. 23, 18. Strabonem p. 624 C. Plutarch. de frat. amor. p. 480 c.

3) Fraenkel, Inschriften von Pergamon I 88.

4) Kornemann, Zur Geschichte der antiken Herrscherkulte Klio I 1902 p. 86.

5) Quod templum non unicum fuit, quod Apollonidi est dedicatum; nam in decreto insulae Tei (Michel, Recueil des inscriptions grecques p. 499, 14 sq.) legimus hoc: *ναὸν δὲ θεᾶς Ἀπολλωνίδος Εὐσεβοῦς Ἀποβατηρίας [καθιδρύσα-*

Si epigrammata Cyzicena in Anthologia Palatina nobis non essent servata, nihil usquam comperissemus de hoc templo Apollonidis, quia alii fontes non fluunt. Quare debemus plane assentiri Jacobsio, qui dixit[1] „facile fieri potuit, ut in tanto templorum numero, quae Cyzicus habuit et plurima et magnificentia,[2]) illius templi splendor et gloria lateret“.

Quo autem tempore hoc templum collapsum sit, difficile est dictu; nam saeculis posterioribus mentio fit tantummodo Hadriani clari templi Cyziceni, quod ipse exstrui iusserat quodque medio sexto saeculo p. Chr. omnibus erat admirationi.[3] Atque quamquam anno 443 et 1063 p. Chr.[4] terrae motus magnam oppidi partem vastaverant, tamen anno 1431 p. Chr. Cyriacus Anconensis totam templi frontem et dimidium columnarum numerum invenit erectum.[5] Templum vero Apollonidis ad hoc tempus sine vestigiis ullis periit atque nobis exspectandum est, an futuris temporibus singulae columnarum partes Fortuna adiuvante in lucem rediturae sint.

Sed revertamur ad epigrammata ipsa. Primus, qui illa edidit, fuit Fridericus Jacobs in Exercitationibus criticis in scriptores veteres tom. II Lipsiae 1797 p. 137—204 adiecto commentario. Cui editioni erat praemissa longior dissertatio de templo Cyziceno eius-

---

σθαι ἐν τούτωι] τῶι τόπωι καὶ συντελεῖσθαι ἐπ' αὐτοῦ εὐσ[ε-βῶς ἀγῶνα — — — —] ἔτην.

1) Exercitationes criticae in scriptores veteres, tom. II 139 sq.

2) cf. Marquardt, Cyzicus und sein Gebiet 146 sq.

3) Malalas XI p. 279 B.; vid. V. Schultze, Geschichte des Untergangs d. griech.-röm. Heidentums II 302.

4) cf. Cedren. I p. 656 B. Zonaras XVIII 9. Joh. Scylitza p. 638 B.

5) Bulletin de corr. hell. XIV 1890 p. 541.

que stylopinaciis, de Apollonide ipsa, de epigrammatis. Quod ad haec attinet, dicit p. 143 „an ipsis anaglyphis adscripta fuerint, dubitare licet. Sunt potius ex ἐκφράσεων genere, quibus poetae et grammatici antiquae artis miracula celebraverunt“; ac paulo post de anaglyphorum argumentis „plurimorum autem argumenta, quod clarissimus Heynius praeclare me monuit, ex deperditis tragoediis ducta videntur“.

Edidit iterum Jacobsius epigrammata Cyzicena in „Anthologia Graeca ad fidem codicis olim Palatini nunc Parisini ex apographo Gothano edita“ vol. I 1813 p. 57 sqq. cum adnotationibus criticis, atque tertium in „Anthologia Graeca sive poetarum Graecorum lusus ex recensione Brunckii“ vol. XIII 1814 p. 620 sqq. animadversionibus adiectis.

Atque etiam Marquardt in libro „Cyzicus und sein Gebiet“, Berlin 1836 p. 150 Jacobsii sententiam secutus non verisimile esse putat epigrammata in stylopinaciis ipsis esse inscripta, quia arte poetica plane carerent.

Deinde est memorabilis editio Anthologiae Palatinae Didotiana, quam curavit Frid. Duebner vol. I 1864; epigrammata Cyzicena, Graece atque Latine, invenis ibi p. 41 sqq. brevi adnotatione subsequente p. 45 sqq.

Udalricus de Wilamowitz quoque illa epigrammata silentio non praetermisit; brevissime iudicat[1]) „fuisse Byzantinum, qui e descriptione pedestri columnarum caelatarum epigrammata edolavisset Cyzicena“ et nonnullas affert coniecturas ingeniosas ad epigr. VII 1; VIII 4; XI 2.[2])

Sequitur iam editio Teubneriana nunc usita-

1) Parerga. Herm. 14, 1879 p. 167 sq.

2) coniecturam ad epigr. VIII 4 iam Heynius proposuerat.

tissima, quae huic quoque dissertationi est fundamento: „Anthologia Graeca epigrammatum Palatina cum Planudea“, quam instruxit Hugo Stadtmueller; vol. I 1894 complectitur Palatinae libros I—VI; epigrammata Cyzicena insunt p. 58 sqq.

Ex Jacobsii autem temporibus nemo illa uberius tractavit nisi Carolus Radinger in dissertatione luculentissima „Zu den Kyzikenischen Epigrammen der Palatinischen Anthologie“.[1]) Qui demonstravit epigrammata Cyzicena cum aliis de causis tum propter multos lapsus prosodiacos nullo pacto in stylopinaciis inscripta fuisse posse,[2]) quod, si hoc fieri posset, facta esse ea oporteret saeculo altero a. Chr., cui tamen saeculo res metrica valde obloquitur, sed temporibus posterioribus esse orta debere. Quo vero tempore essent confecta et a quo, id non diiudicavit. Atque cum praeterea ob temporis inopiam rem diligentius et accuratius sese tractare non potuisse ipse confiteatur,[3]) operae pretium esse duxi denuo de hac materia quaestionem opera data instituere.

Quam ita dispositurus sum, ut agam in capite primo de epigrammatum recensione, fontibus, dialecto, in altero de rebus metricis et prosodiacis, in tertio de epigrammatum inscriptionibus, in quarto de ratione inscriptionum et epigrammatum, in quinto de imaginum origine, de templo eiusque stylopinaciis.

I

Unum fuisse poetam, qui epigrammata Cyzicena composuit, iam inde apparet, quod in singulis versibus semper eisdem figuris et verbis utitur, velut II 1

---

1) Philologisch-historische Beitraege Curt Wachsmuth zum sechzigsten Geburtstage ueberreicht. Leipzig 1897 p. 116 sqq.

2) p. 120.

3) p. 116, adn. 2.

εἵνεκα ματρός, III 2 *εἵνεκα μητρός*; IV 2 *ματρὸς ὑπὲρ σφετέρας*, V 4 *ματρὸς ὑπὲρ Μερόπας*; *ὅσιος* IV 4; XIII 2; XIV 4; XVIII 2; in fine pentametri VI 6 *ὀδυρόμενος*, VII 4 *ὀδυρομένη*; quod denique creberrime personas alloquitur ut V 1; VII 2; VIII 2, 3; X 1; XI 1; XIV 1, 2 al. Quin is poeta, si modo ei hoc nomen attribuere vis, in claris duci nequeat, nemo est, qui dubitet, etiamsi olim Hecker, Meineke, de Wilamowitz, Stadtmueller id noluerint agnoscere.[1]) Nam hoc iam ex eo elucet, quod, ut ita dicam, servili modo fontibus suis est usus; iam Radinger nonnulla, quae ille hausit ex Homero, ex communi fonte poetarum tam bonorum quam malorum, contulit.[2]) Sed hunc non fuisse fontem solum persuasum habeo; multo plura quam Homero, id quod infra fusius docebo, cum aliis tum Anthologiae Palatinae et Planudeae poetis debet.[3]) Atque in animo habeo huius capitis partem priorem, in qua agam de epigrammatum recensione et imitatione, sic dispertire, ut primum epigrammata singula recenseam et, quos locos cum poetae Cyziceni versibus comparem, eos afferam, deinde carminibus omnibus perlustratis, quid tandem ex illis sequatur, explicem.

Quod attinet ad textus recensionem, hic adnotem eam me esse exercitaturum tum tantum, cum a Stadtmuelleri editione abhorrebo.

---

1) Radinger p. 119. de Wilamowitz in Herm. 14, 1879 p. 167.

2) p. 121, adn. 2.

3) Si locis iis, quos ex Anthologia Palatina (A. P.) et Planudea (A. Plan.) attuli, nihil est adiectum, quis epigramma composuerit, si tantum auctoris nomen, quo tempore is vixerit, ignotum est. Quoniam Stadtmuelleri editio tantum continet Anth. Palatinae libros I—VII et IX, 1—563, inspicienda est Jacobsii editio (vol. I—III Lipsiae 1813—1817); ibi invenis Anth. Planudeae epigrammata vol. II 623 sqq.

Transeamus iam ad epigrammata singula.

I. Versus duo primi

Τάνδε Διὸς δμαθεῖσαν ἐν ὠδίνεσσι κεραυνῷ
καλλίκομον Κάδμου παῖδα καὶ Ἁρμονίης

simillimi sunt A. P. VII 166, 1—2, qui sic leguntur

Τὴν γοεραῖς πνεύσασαν ἐν ὠδίνεσσι Λαμίσκην
ὕστατα, Νικαρέτης παῖδα καὶ Εὐπόλιδος.

Cui carmini est in codice adscriptum *Διοσκορίδου, οἱ δὲ Νικάρχου*: sed de Dioscoride auctore dubitari non potest;[1]) error enim ortus est nomine *Νικαρέτη*, quod idem legitur in Nicarchi carmine A. P. VI 285, 2;[2]) floruit Dioscorides exeunte saec. III a. Chr.[3])

Cum verbis *Διὸς δμαθεῖσαν . . . . κεραυνῷ* cf. Quint. Smyrn. X 482

ἀμφὶ πόσιν δμηθέντα Διὸς στονόεντι κεραυνῷ.

καλλίκομος bis apud Homerum invenitur Il. IX 449 de Amyntoris paelice et Od. XV 58 de Helena. Similiter Semela appellatur *τανυέθειρα* Pind. Ol. II 28, *ἐρασιπλόκαμος* Orph. hymn. 44, 2 Abel.

ἁρμονίης occurrit in fine pentametri A. P. VII 26, 6 (Antipatri Sidonii; exeunte saec. II a. Chr.);[4]) IX 250, 2 (Honesti); *ἁρμονίας* A. Plan. 220, 6; *ἁρμονίην* ib. 226, 4 (Alcaei Messenii; exeunte saec. IV a. Chr.);[5]) *ἁρμονίαν* A. P. VII 191, 4 (Archiae; saec. I a. Chr.);[6]) IX 668, 12 (Mariani scholastici; saec. V p. Chr.);[7]) *ἁρμονίη* VII 383, 6 (Philippi Thessalonic.; saec. I p. Chr.).[8])

1) Reitzenstein P. W. V 1125.

2) Stadtmueller in edit. II 1, 109.

3) Susemihl, Geschichte der griech. Literatur in d. Alexandrinerzeit II 543.

4) Susemihl II 552.

5) Susemihl II 545.

6) Susemihl I 900. II 559.

7) Christ, griech. Literaturgeschichte[4] 826.

8) Susemihl II 559.

3. *θυρσοχαρής* est *ἅπαξ εἰρημένον*, quod tamen formatum est ut *θυρσομανής* Eur. Phoen. 792; Orph. hymn. 50, 8 Abel; Nonn. Dionys. 25, 381. Cf. etiam *θυρσοφόρος* Eur. Cycl. 64; Orph. hymn. 44, 3 Abel; App(end.) Epigr.[1]) 69, 4 (Procli: saec. V p. Chr.).[2])

ἐξ Ἀχέροντος: legitur semel apud Homerum *εἰς Ἀχέροντα* Od. X 513, crebrius in Anth. Pal. in fine hexametri: *εἰς Ἀχέροντα* VII 648, 1 (Leonidae Tarentini; ineunte saec. III a.);[3]) 488, 1 (Mnasalcae; saec. III a.);[4]) *Ἀχέροντος* Plan. 270, 3 (Magni medici; exeunte saec. IV p.);[5]) App. Epigr. 269, 7; *ἐν δ' Ἀχέροντι* ib. 310, 3.

Versus quartus

τὰν ἄθεον Πενθέος ὕβριν ἀμειβόμενος

persimilis est A. P. VII 492, 2

τὰν ἄνομον Γαλατᾶν ὕβριν ἀναινόμεναι.

Quod carmen narrat tres virgines Milesias, cum Galli in Asiam invasissent et Miletum oppidum expugnavissent (annis 280—278 a. Chr.),[6]) mortem sibi conscivisse, ne illorum in manus inciderent. Quod vero attinet ad epigrammatis auctorem, in codice Palatino Anytae poetriae Mitylenaeae, aliunde ignotae, tribuitur, apud Planudem *ἄδηλον* est. Cogitaverunt nonnulli de Anyta Tegeatide,[7]) quae his fere temporibus floruit: a cuius tamen dictione valde abhorret.[8]) Quis igitur carmen composuerit, incertum est;[9]) sed

1) Appendix epigrammatum est edita in Jacobsii editione Anthologiae Palatinae vol. II 745 sqq.

2) Christ griech. Literaturgesch.[1] 863.

3) Susemihl II 534 sq.

4) Susemihl II 540.

5) Jacobs in Anth. Graeca vol. XIII 914.

6) Susemihl II 529, 50.

7) Susemihl ibid.

8) Reitzenstein Epigramm u. Skolion 123.

9) Reitzenstein P. W. I 2654 sq.

necesse est ortum esse ante saeculum primum a. Chr., quoniam in epigrammatum, quae Meleager collegit, serie servatum est.[1])

Πενθεῦς est forma dorica pro *Πενθέος*, quae forma saepe legitur apud Nonnum Dion. 9, 77; 44, 74, 97; 45, 53; 46, 261. Sed cf. similes genetivos in Anth. ante pentametri caesuram: *κάλλευς* Plan. 166, 2 (Eueni; floruit inter annos 50 a. et 50 p. Chr.);[2]) *χείλευς* Plan. 89, 4 (Galli); *πελάγευς* Pal. IX 755, 6; aliis distichi locis Pal. VII 655, 4 *Καλλιτέλευς* (Leonidae Tar.; saec. III a. ineunte); XI 158, 2 *Διογένευς* (Antipatri); VII 568, 6 *Ἀλκιμένευς*.

ἀμείβομαι, quod cum accusativo coniunctum significat „par pari referre alicui" h. e. „ulcisci aliquem", saepius exstat apud poetas tragicos: Soph. fr. 11, 2 N² p. 133; Eur. Phoen. 1727; El. 1093; anonymi Rhes. 639. Participii formas saepe invenis in fine pentametri: Anth. Pal. IX 27, 2 *ἀπαμειβομέναν* (Archiae aut Parmenionis); VII 42, 8 *ἀμειβόμεναι*; Plan. 156, 2 *ἀμειβομένα*; 337, 4 *ἀμειβόμενος*; 342, 4 *ἀμειβομένην*; Append. 111, 12 *ἀμειβόμενοι*.

II 1. 2. *τὸν . . . Ἀρκαδίης προλιπὼν πάτον . . . τᾶσδ᾽ ἐπέβην γᾶς Τευθραντιάδος* adeo est Euripidea dictio, ut existimes quasi prologum fabulae hic proferri: cf. Hecubam 1. 2; Troad. 1; Bacch. v. 1. 13 sqq. Cum versus primi initio cf. A. P. VII 454, 1 *τὸν βαθὺν οἰνοπότην* (Callimachi; saec. III a.) et IX 252, 1 *ἐς βαθὺν ἥλατο Νεῖλον*.

εἵνεκα in quinto versus pede creberrime invenitur in Anth. Pal.: VII 25, 1 *εἵνεκα Μουσέων* (Pseudo-Simonidis); VI 237, 7 *ἑ. τοῦδε* (Antistii); *ἑ. σεῖο* IX 4, 5 (Cyllenii); *ἑ. χρυσοῦ* VIII 178, 3 (Gregorii Nazianzeni; saec. IV p.); *ἑ. πότμου* IX 462, 2 al.

1) Susemihl II 529, 50.

2) Reitzenstein P. W. VI 1, 976.

2. *τᾶσδ' ἐπέβην γᾶς.* Cf. A. P. X 58, 1: *γῆς ἐπέβην γυμνός* (Palladae: exeunte saec. IV p.):[1]) ante pentametri caesuram legimus *ἐπέβην* A. P. IX 85, 4 *μουνερέτης ἐπέβην* (Philippi Thessalon.: saec. I p.): XIV 55, 4 *παρθενικαῖς τ' ἐπέβην.* Pro adiectivo *Τευθραντιάς* alibi occurrit *Τευθράντιος* (Eur. fr. 476 N² p. 508) vel *Τευθραντίς* (CIG II. 3538, 12): sed cf. formationem eandem in Apoll. Rh. Arg. I 712: *κούρη . . . Θοαντιάς.*

Versui tertio

Τήλεφος. Ἡρακλέους φίλος γόνος αὐτὸς ὑπάρχων

magna est similitudo cum App. 157, 3

Τήλεφος. Ἡρακλῆος ἀμύμονος υἱὸς ἀμύμων.

Traditum est in codice *Ἡρακλέους φίλος γόνος*; videtur igitur alicubi deesse una syllaba brevis; itaque coniecerunt Wakefield *φίλιος*, quod etiam Stadtmueller in editionem recepit, Ludwich *φίλος ἔκγονος*: quae tamen coniecturae non sunt necessariae, quia *φῖλος γόνος* servari potest. Sed de rebus metricis pluribus agam in capite altero; vid. infra p. 45.

ὑπάρχω h. e. „sum"[2]) utuntur poetae recentiores Anthologiae velut Pal. XI 431, 1 (Luciani; saec. II p.): VII 95, 1 (Diogenis Laertii: ineunte saec. III p.):[3]) X 56, 3 et XI 355, 1 (Palladae: exeunte saec. IV p.); in fine hexametri *πιστὸς ὑπάρχω* VII 179, 1.

4. *ἄψ* est particula epica: habent eam Homerus Il. I 220; III 32; Od. III 307; XVII 466 al. et Hesiodus Theog. 169.

πέδον cum genetivo urbis vel terrae est usitatissimum apud tragicos velut Aesch. Pers. 488 *γῆς Ἀχαιίδος πέδον*; Soph. Oed. Col. 115 *εἰς Θήβης πέδον*; Eur. Hel. 57 *πέδον . . Σπάρτης.*

1) Christ⁴ 825.

2) de sensu huius verbi temporibus posterioribus pallescente cf. S. Reinach, traité d'épigraphie grecque p. 287 sq.

3) Schwartz P. W. V, 761.

Eundem atque versus quartus finem capit App. 100, 10

οὔρεα τρηχείης ἤλυθεν Ἀρκαδίης.

III. Cum versu primo

Ἀλκιμέδη ξύνευνον Ἀμύντορα παιδὸς ἐρύκει

cf. P. A. VII 232, 1

Λύδιον οὖδας ἔχει τόδ' Ἀμύντορα παῖδα Φιλίππου.

Quod carmen tribuitur in codice Palatino Antipatro, apud Planudem Anytae. Fuerunt duo Antipatri, Antipater Thessalonicensis et Antipater Sidonius; Stadtmueller Menkium secutus Sidonii esse censet comparans cum versu tertio A. P. VII 711, 6; 241, 11 sq.[1]) Floruit Antipater Sidonius exeunte saec. II a. Chr.[2])

Codex praebet nobis in versu poetae Cyziceni *Ἀλκιμέδη ξύνευνον*, ubi iterum syllaba brevis videtur excidisse. Itaque Stadtmueller Jacobsium secutus recepit *Ἀλκιμέδη ξυνόμευνον*, cum Meineke conatus sit *Ἀλκιμέδεια ξύνευνον* restituere. Sed ego potius id, quod traditum est, servem; vide infra p. 45. *Ἀλκιμέδη* nomen ter legis apud Apoll. Rh. initio hexametri I 233; 259; 277; vox *ξύνευνος* invenitur apud tres summos tragicos: Aesch. Prom. 866; Soph. Ai. 1301; Eur. Med. 1001; in Anthologia Pal. VII 165, 3 (Antipatri Sid. aut Archiae); V 119, 1 (Philodemi; saec. I a.);[3]) VII 599, 3 et 600, 5 (Iuliani Aegyptii; saec. VI p.);[4]) VII 614, 5, 13 et IX 442, 3 (Agathiae; saec. VI p.).

ἐρύκω verbi formae iam apud Homerum occurrunt in fine hexametri: Il. XVI 369 *ἔρυκεν*; XXI 59; 63 *ἐρύκει*; Od. IV 559 *ἐρύκεις*; IX 302 *ἔρυκεν*.

1) in edit. Teubn. II 1, 159.

2) Susemihl II 552.

3) Susemihl II 267.

4) Christ⁴ 826.

Versus secundus in codice sic traditus est

Φοίνικος ἠδ᾽ ἐθέλει παῦσαι χόλον γενέτου.

Praebebat vero offensam ideo, quod syllaba altera genetivi *Φοίνικος* alibi ubique longa est (velut Hom. Il. IX 223) quodque auctor diphthongum *αι* vocis *παῦσαι* pro brevi habuit. Sed quascumque coniecturas viri docti fecerunt, hae omnes mea quidem sententia non necessariae sunt, quia plane assentior Carolo Radingero, qui nullo modo versum vult mutare et sic legit (p. 119, 2)

Φοίνικος ἠδ᾽ ἐθέλει παῦσαι χόλον γενέτου.

γενέτου, quae vox et per se et nostro loco „pater“ significat, est genetivus obiectivus: nam patri iratum fuisse Phoenicem docet nos Homerus, qui deum quendam facit hanc iram placantem Il. IX 459

ἀλλά τις ἀθανάτων παῦσεν χόλον.

γενέτης h. e. pater raro apud tragicos legitur, ut Eur. Or. 1011; Tro. 1288 (*γενέτα πάτερ*), saepius apud epigrammatum poetas (praeter nostrum locum epigr. Cyz. V 1; 3; IX 2 ante caesuram pentametri): in fine pentametri A. P. XIV 9, 2; Plan. 62, 2; App. 166, 6; ante caesuram A. P. VII 547, 2 *ἐπὶ τῷ γενέτᾳ* (Leonidae Alexandrini: saec. I p. C.[1]) App. 147, 2; aliis versus sedibus A. P. IX 454, 1; App. 102, 9; 257, 9, 18. Significatio vero „filius“, quam Hesychius (s. v. *γενέτας· ἔκγονος*) et tragici (Soph. Oed. R. 470 *ὁ Διὸς γενέτας*; Eur. Ione 916 *ὁ ἐμὸς γενέτας*) testantur, occurrit epigr. Cyz. X 4 *ὕδρος ὁ γᾶς γενέτας.*

Cum versus tertii fine *σαόφρονος εἵνεκα μητρός* cf. finem versus Nonniani Dion. 36, 67 *σαόφρονος εἵνεκε μήτρης.* — *Σαόφρονος* creberrime exstat apud eundem Nonnum in quarto hexametri pede ut Dion. 2, 150; 12, 263; 44, 313; 45, 69.

1) Jacobs in Anth. Graeca XIII 909

4. *παλλακίδος δούλης*: apud Homerum eadem mulier, Amyntoris paelex, nominatur *παλλακὶς καλλίκομος* Il. IX 449.

5. *ψιθύρισμα* vocem, quae significat „susurrus", habet semel Theocritus 1, 1 *ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα* de arboribus et Antiphilus in A. P. IX 546, 7 ,*δός, λάβε' καὶ ψιθύρισμα τὸ ναυτικόν* (ineunte saec. I p.).[1]) Sed ad nostrum versum, ubi *ψιθύρισμα* significat crimen falsum, quod alicui insusurratur, potius illum locum notum ex Sophoclis Aiante afferam v. 148 *τοιούσδε λόγους ψιθυροὺς πλάττων εἰς ὦτα φέρει πᾶσιν Ὀδυσσεύς*. Atque similiter canit Pindarus Pyth. II 75 *οὐδ' ἀπάταισι θυμὸν τέρπεται ἔνδοθεν, οἷα ψιθύρων παλάμαις ἕπετ' αἰεὶ βροτῶν*.

Cum versu sexto cf. hos versus Euripideos, quibus nuntius narrat Hel. 1606 sq. *Μενέλεως δ' ἔχων ὅπλα | ὅποι νοσοῖεν ξύμμαχοι κατασκοπῶν, ταύτῃ προσῆγε χειρὶ δεξιᾷ ξίφος*. Sed cum nuntius dicat *ταύτῃ προσῆγε . . . ξίφος*, poeta Cyzicenus absurdissime canit *ἦγε δ' ἐς ὀφθαλμοὺς . . . λαμπάδα*.

ὀφθαλμός vocabuli formae saepissime leguntur in Anth. ante caesuram pentametri, ut *ὀφθαλμοῖς* A. P. VII 519, 2 (Callimachi; saec. III a.); *ὀφθαλμοί* XII 92, 2 et *ὀφθαλμόν* 132, 2 (Meleagri; ineunte saec. I a.);[2]) *ὀφθαλμούς* VII 367, 2 (Antipatri); *κατ' ὀφθαλμῶν* V 229, 6 et VI 64, 8 (Pauli Silentiarii; saec. VI p.)[3]) al. — *λαμπάς* vocem, quae apud Homerum non legitur, saepe invenis apud tragicos, ut Aesch. Sept. 433; Eum. 1022; Soph. Trach. 1198; Eur. Hel. 639 alibi, et in Anthologia, ut post pentametri caesuram *λαμπάδι* A. P. XI 363, 2 (Dioscoridis; exeunte saec.

1) Reitzenstein P. W. I 2525.
2) Susemihl I 46 sq.
3) Suidas s. v. *Ἀγαθίας*.

III a.);[1]) λαμπάδα VII 185, 6 (Antipatri Thessalonic.: ineunte saec. I p.);[2]) X 75, 2 (Palladae: exeunte saec. IV p.): λαμπάδι IX 626, 2 et λαμπάδα 627, 2 (Mariani scholastici; saec. V p.).

παιδ-ολέτις. Qua cum formatione comparandae sunt hae: *πτην-ολέτις νεφέλη* A. P. VI 185, 2 (Zosimi Thasii): *τυμβ-ολέτις παλάμη* VIII 184, 2 (Gregorii Nazianzeni; saec. IV p.). Masculinum invenitur Plan. 104, 4 *ὄζος ὁ θηρ-ολέτης* (Philippi Thessal.; saec. I p.). Apud tragicos vero exstant compositiones hae: *παιδ-ολέτειρα* Eur. Med. 849 et *παιδ-ολέτωρ* Aesch. Sept. 726; Eur. Med. 1393; anon. Rhes. 549.

IV 1. *μητρυιά* vocis formarum occurrunt initio hexametri: *μητρυιῆς* Apoll. Rh. Arg. I 815; II 1182; III 191; A. P. IX 69, 1 (Parmenionis Macedonis: saec. I p.);[3]) *μητρυιαί* A. P. IX 68, 1.

κλυτόνοος est *ἅπαξ εἰρημένον*, quod tamen item formatum est atque compositiones hae: *κλυτόδενδρος* A. P. IV 2, 1 (in Philippi prooemio; saec. I p.); *κλυτόπαις* IX 262, 1 (eiusdem Philippi); *κλυτόεργος* X 64, 5 (Agathiae; saec. VI p.); *κλυτόμοχθος* Plan. 362, 1.

3. *Κλειοπάτρη* nomen semel usurpat Apoll. Rh. initio hexametri II 239. — *ἀγάλλομαι* est vox epica; cf. Hom. Il. XVIII 132

αὐτὸς ἔχων ὤμοισιν ἀγάλλεται· οὐδέ ἕ φημι.

Praeterea legitur Il. II 462; XVII 473; Hesiod. Theog. 587. Scut. 86.

ἡ πρὶν ἐπεῖδεν est traditum neque est, cur mutemus, quod Jacobsius (*ἥ πρὶ*) et Stadtmueller (*ἥ σφιν*) voluerunt facere; cavendum enim est, ne poetam ipsum corrigamus, qui haud eleganter expressit, quae

1) Susemihl II 543.

2) Reitzenstein P. W. I 2514.

3) Jacobs in Anth. Gr. XIII 929.

sensit ἡ αὐτοῖς ἐπιστᾶσα εἶδεν γαμέτην πρότερον δαμναμένην. πρὶν in quinto versus heroici pede caesura bucolica antecedente creberrime exstat in Anthologia, ut A. P. XI 29, 3 ἡ πρὶν ἀκαμπής (Automedontis; ineunte saec. I p.):[1]) VII 75, 3 ἃ πρὶν Ὁμήρου (Antipatri); IX 641, 5 ὁ πρὶν ἀτειρής (Agathiae; saec. VI p.); VII 112, 3; IX 20, 3; caesura bucolica absente A. P. VII 164, 3 (Antipatri Sid.; exeunte saec. II a.): 214, 5 (Archiae; saec. I a.); V 233, 3 (Pauli Silent.; saec. VI p.); Plan. 251, 3.

4. γαμετή huic poetae significat „paelex", cum apud scriptores ceteros uxor sit legitima sicut apud Diodorum IV 61 ἔχειν αὐτὴν ὡς γαμετήν, et Plutarchum Mor. p. 140 B. D. 141 C. 142 C. γαμεῖν vero vocem adhibet de concubitu illegitimo inscriptio IG III 3. App. 78, 3. Γαμετή sensu genuino saepe occurrit apud epigrammatum poetas: A. P. XI 388, 3 (Lucilli; exeunte saec. I p.):[2]) 378, 1, 2 (Palladae: exeunte saec. IV p.); X 124, 5 (Glyconis); App. 247, 1; ante caesuram pentametri XI 50, 4 (Automedontis; ineunte saec. I p.): App. 1, 2 (Agathiae aut Palladae): 110, 4 (Iunioris); 380, 2.

ὅσιος (praeter hunc locum epigr. Cyz. XIII 2; XIV 4; XVIII 2) invenitur in Anthologia creberrime in fine pentametri, ut ὁσίης A. P. VII 733, 6 (Diotimi; saec. III a. ineunte):[3]) ὁσίη VI 199, 4 (Antiphili; ineunte saec. I p.):[4]) ὁσίη IX 91, 2 (Archiae minoris); ὁσίην 216, 2 (Honesti Corinthii); VIII 107, 2 (Gregorii Naz.; saec. IV p.); 215, 4 (eiusdem); τὰν ὁσίαν ὁσίως VI 280, 6 alibi.

V 1. πέφνες τὸ πάρος ex Homero petitum est:

1) Reitzenstein P. W. II 2605.
2) Christ.[4] 645.
3) Susemihl II 538 sq.
4) Reitzenstein P. W. I 2525.

Od. XI 453 *πάρος δέ με πέφνε καὶ αὐτόν*. — *Τὸ πάρος* legis Il. XIII 228; XXII 223; Od. II 305 al. *Πολυφόντης* nomen semel habet Homerus in fine hexametri Il. IV 395.

2. *κουριδίης ἀλόχου*. Hoc quoque auctor Homero debet: cf. Il. XIII 626 *οἵ μευ κουριδίην ἄλοχον . . . μάψ οἴχεσθ' ἀνάγοντες* et XIX 297. — *λέκτρα θέλων μιᾶναι* traditum est in codice. Cum *α* longa perperam corripiatur, corrigere voluit Meineke *μιανεῖν*, Stadtmueller *βιάσαι*, quod tamen necessarium non esse puto: vide infra p. 47. Quam formulam praeter hunc locum legimus Epigr. Cyz. XI 1 *λέχη μιαίνειν*; Nonn. Dion. 48, 767 *τίς σέο λέκτρα μίηνε*; A. P. IX 362, 15 *φειδόμενος . . . λέκτρα μιῆναι* (poetae anonymi Nonniani.)[1])

3. *ὀψὲ δὲ* initio versus heroici saepissime utitur Homerus velut Il. VII 94; 399; XVII 466; Od. III 168 al.: item *προσαμύνω* apud illum exstat h. e. „subvenire“ Il. II 238; XVI 509.

5. *τοὔνεκα καὶ* initio hexametri adhibent poetae recentiores, ut Gregorius Nazianzenus A. P. VIII 30, 6; 52, 7; 120, 5. Quintus Smyrn. I 73. II 265. Verbum *ἐπαρήγω* vero invenitur iam apud Homerum Il. XXIII 783 *μήτηρ ὣς Ὀδυσῆι παρίσταται ἠδ' ἐπαρήγει*, praeterea XXIV 39. Od. XIII 391.

6. *βριθὺ* initio hexametri ex Homero sumptum est. Il. V 746 *βριθύ, μέγα, στιβαρόν κτλ.* — *κατὰ κροτάφων* de temporibus vulneratis loquitur Homerus Il. IV 502 *ἡ δ' ἑτέροιο διὰ κροτάφοιο πέρησεν αἰχμή* et XX 397 *νύξ κατὰ κρόταφον*. Quae vox epigrammatum poetis valde in deliciis fuit: posita est ante pentametri caesuram A. P. VI 294 2 *κροτάφων* (Pha-

1) Stadtmueller in edit. III 1, 324

niae; floruit ante Meleagrum);[1]) XI 25, 6 *κροτάφων* (Apollonidis; ineunte saec. I p.);[2]) 66, 4 *κροτάφοις* (Antiphili; ineunte saec. I p.); V 274, 2 *περὶ κροτάφους* (Pauli Silent.; saec. VI p.); in aliis distichi sedibus V 146, 5 (Meleagri; ineunte saec. I a.); IX 300, 4 (Adaei Macedonis; exeunte saec. I a.);[3]) VI 198, 4 (Antipatri Thess.; ineunte saec. I p.); 76, 3 (Agathiae; saec. VI p.).

βάκτρον ἐρειδομένα h. e. baculum pulsans: apud Homerum quidem *ἐρείδω* saepius significat „pulso“ velut Il. XIII 131 *ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε* et III 358 *διὰ θώρηκος . . . ἠρήρειστο . . . ἔγχος*; item apud tragicos, ut Soph. Ant. 1236 *ἤρεισε πλευραῖς μέσσον ἔγχος* et Eur. Andr. 842. Medium verbi genus vero hanc actionem significans inusitatum est; *βάκτρῳ ἐρειδομένη* id est baculo nisa, legimus apud Apollonium Rhodium Arg. I 670. Exstant formarum participii *ἐρειδόμενος* in fine pentametri in Anthologia Pal. XII 84, 2 *ἐρειδόμενον* (Meleagri; ineunte saec. I a.); VII 457, 2 *ἐρειδομένη* (Aristonis).

VI 1. *γηγενέᾱ Πυθῶνα* praebet codex; Stadtmueller Sternbachium secutus recepit *γηγενέταν*, id quod non comprobo, vide infra p. 46.

Cum versus parte priore cf. A. P. VI 141, 1 *ῥυσαμένα Πυθῶνα δυσάχεος ἐκ πολέμοιο* (Anacreonti attribuitur), cum posteriore duos versus Nonnianos Dion. IV 329 sq.

ὁππότε φοινήεντι μεμιγμένον αἵματος ὁλκῷ
γλώσσης ἀρτιτόμοιο συνέβλυεν αἷμα κορείης.

2. *ἐκνεύει*: semel hoc verbum legitur in Anthologia Pal. IX 371, 3 *τρηχὺν ὁ δ' ἐκνεύσας ταχινῶς πάγον . . . ἥλατο*, deinde in Orph. Arg. 457 sq. *ἐγρὴν*

1) Susemihl II 549.
2) Reitzenstein P. W. II 120.
3) Reitzenstein P. W. I 342.

ἄλα τέπτον ἕκαστος Πήλιον ἐκνεύσαντες; cum infinitivo coniunctum habet Euripides Iph. T. 1330 *ἐξένευσε . . . ἀποστῆναι πρόσω*. — *πάγχυ* est particula epica; occurrit Il. V 24; XIX 343; Od. II 49; XV 327. *μυσάττομαι* verbum exstat apud Euripidem Med. 1149 *μυσαχθείς*.

Cum versu tertio cf. A. P. XII 140, 5

τὸν παῖδ' ἱλασόμεσθ' ἢ τὰν θεόν; ἀλλὰ θεοῦ.

πυνετός vocem adhibet iam Homerus Od. IV 211; XX 131; XXI 103 al.

4. *καθαιμάσσω* verbum est dictionis tragicae; legitur Aesch. Eum. 450; Eur. Andr. 588; Hecub. 1126. (Hel. 1599 habet *καθαιματόω*). — *σκοπιή* saepe invenitur apud Homerum, ut Il. V 771; XX 137; Od. X 194; XIV 261. (Cf. Il. IV 275 *ἀπὸ σκοπιῆς εἶδεν νέφος*.

Erat prope Delphos in Parnasso monte locus, qui nominabatur *σκοπιαὶ θεῶν, ὅθεν κατοπτεύσας Ἀπόλλων τὸν Δελφύνην κατετόξευσεν* (schol. Eur. Phoen. 233).

5. Prior versus pars *Δελφὸν δ' οὐ θήσει τρίπον ἔνθεον* a viris doctis ut sensu cassa temptata est. Sed optima emendandi ars est ars interpretandi. Apparet enim ex verbis traditis mea quidem sententia poetam hoc dicere voluisse Pythonem non esse constituturum *Δελφὸν τρίπον ἔνθεον* — hoc enim facturum Apollinem nobis supplendum est — sed extremum spiritum efflaturum. Quod antitheton ineptum quidem est, at tamen poetae tam malo attribui potest. Coniecturae igitur omnes sunt supervacaneae neque eas commemoro.

τρίπον alia forma est pro vulgata *τρίπους*; qua iam Homerus utitur Il. XXII 164 *ἢ τρίπος ἠὲ γυνή* et Hes. Scut. 312.

Finis versus qui in codice traditus est *ἐκ δὲ δρα-*

κόντων, a Jacobsio facilius mihi videtur esse mutatus quam a Stadtmuellero; ille enim scripsit *ἐκ δ' ἄρ' ὀδόντων*, hic *ἐκ δ' ὅδ' ὀδόντων*.

6. *πικρὸν ἀποπνεύσει* ex Homero sumptum est Od. I 406

πικρὸν ἀποπνείουσα ἁλὸς πολυβένθεος ὀδμήν.

Futurum activi generis *πνεύσω* apud posteriores demum auctores usitatum est[1]) velut *πνεύσειν* A. P. IX 112, 1 (Antipatri Thessal.; saec. I p. ineunte): *ἀναπνεύσουσιν* Quint. Smyrn. X 228 et *ἀναπνεύσει* XIII 516 (saec. IV p. exeunte);[2]) *ἀποπνεύσει* Geopon. II 21, 3 (saec. VI p.).[3])

ῥοῖζος voce utitur iam Homerus Il. XVI 361 (de sagittis) et Od. IX 315; de dracone Orph. Lith. 48 sq. *ῥοῖζον . . . δράκοντος εἴσεται.*

ὀδυρόμενος (Epigr. Cyz. VII 4 *ὀδυρομένη*) participii formae saepius occurrunt in fine pentametri in Anthologia, ut *ὀδυρόμενος* A. P. IX 432, 2 (Theocriti; ineunte saec. III a.); *ἀποδυρομένην* V 190, 4 (Meleagri: ineunte saec. I a.); *ὀδυρομένοις* VII 565, 2 (Iuliani Aegyptii; saec. VI p.);[4]) *ὀδυρόμενοι* (Agathiae; saec. VI p.).

VII 1. Verba tria prima leguntur in eadem versus sede apud Apollonium Rhodium I 734 sq.

ἐν δ' ἔσαν Ἀντιόπης Ἀσωπίδος υἷε δοιώ
Ἀμφίων καὶ Ζῆθος.

σκυλάκευμα vox exstat etiam A. P. VII 433, 7 *ἔρρε, κακὸν σκυλάκευμα* (Tymnis: exeunte saec. III a.).[5]) Qui duo loci amplificant imaginem tragicam, quae

1) Kuehner-Blass, ausfuehrl. Grammatik der griech. Sprache I 2, 524.

2) Christ[4] 814.

3) Christ[4] 897.

4) Christ[4] 826.

5) Susemihl II 544.

occurrit apud Euripidem Andr. 1169 *τὸν Ἀχίλλειον σκύμνον* (de Neoptolemo) et anonymi Rhes. 382 *σκύμνον ἔθρεψας πολίαρχον ἰδεῖν*. Wilamowitzii vero coniectura *Διὸς σκυλακεύματα* pro *δύο σκυλακεύματα* elegantior est quam quae recipi possit.

2. *ὀλέτις* praeter nostrum locum legi tantummodo in hymno ad Hecatam composito (pap. Paris. v. 2859 sq.; Abel Orph. p. 294, 49 sq.)

σὺ γὰρ δυσάλυκτος Ἀνάγκη
Μοῖρα δ' ἔφυς Ἐρινὺς Βάσανός τ' Ὀλέτις τε,[1])
Δίκη σύ.

Quae papyrus scripta est saec. IV p. Chr.[2])

3. Cum versus fine *διὰ ζηλήμονα μῆνιν* cf. Nonniani versus finem Dion. 11, 396 *ζηλήμονα Μήνην*. *Ζηλήμων* adiectivum legitur semel apud Homerum Od. V 118; creberrime apud Nonnum in quinto pede, ut 19, 49; 255; 29, 331; 351; 375; 34, 30 al., in Anthologia Pal. IX 125, 1 et Plan. 90, 3.

4. *ἱκέτις* voce saepe utuntur tragici: Aesch. *Ἱκετίδες* 349; Soph. Oed. R. 920; Eur. Hecub. 145; Hel. 65; Andr. 115.

5. Hic versus in codice sic traditus est

ἄγε καὶ ἐκ τάφοιο καθάπτεται δίπλακα σειρήν.

Quamvis multas coniecturas viri docti hic fecerint, ego tamen puto fieri posse, ut textum traditum servemus, si *δίπλακα σειρήν* habemus pro accusativo relationis. Quam constructionem absurdam quidem [illegible] fateor, sed quidquam mutare non audeo, quoniam poeta complura exempla talis inscitiae grammaticae dedit (epigr. IV 3. 4; V 3) atque dabit.

[illegible] adiectivum exstat apud Homerum in

1) Sic legit versum Dieterich, Nekyia 61, 2. Traditum est [illegible]. Meineke coniecit *ὀλέτις σύ*.

2) C. Wessely, Denkschriften der kaiserl. Akademie der Wissenschaften zu Wien vol. 36, 1888, 2. Abt. p. 36.

quinto hexametri pede Il. XXIII 243 *δίπλακι θυμῷ* et Od. XIX 241 *δίπλακα δῶκα . . . χιτῶνα*, item iam apud illum vox *σειρή* legitur Il. VIII 19; 25; XXIII 115; Od. XXII 175.

6. *σύρω* verbum usitatissimum est in Anthologia Pal., ut XI 199, 4 (Leonidae); VII 216, 1 (Antipatri Thessal.; ineunte saec. I p.); IX 97, 4 (Alphei Mitylenaei; ineunte saec. I p.);[1] 310, 4 (Antiphili Byzantii; ineunte saec. I p.); 278, 2 (Bianoris; ineunte saec. I p.);[2] 84, 2 (Antiphanis; saec. I p.);[3] VII 382, 2 et IX 290, 6 (Philippi Thess.; saec. I p.); X 60, 2 et 62, 2 (Palladae; exeunte saec. IV p.) al. *Ξύλοχος* vocem crebro adhibent Homerus, ut Il. XI 415; Od. IV 335; XVII 126 al. et epigrammatum auctores, ut in fine pentametri A. P. VII 445, 2 (Persis Thebani; floruit ante Meleagrum);[4] VI 263, 4 (Leonidae); 75, 6 (Pauli Silentiarii; saec. VI p.) et in aliis distichi sedibus VI 14, 5 (Antipatri Sidonii; exeunte saec. II a.); 181, 5 (Archiae; saec. I a.); IX 644, 3 (Agathiae; saec. VI p.).

VIII 1. Cum versus priore parte *Μᾶτερ Ὀδυσσῆος πινυτόφρονος* cf. Quint. Smyrn. XIV 630

ἄγχυντ' Ὀδυσσῆος πινυτόφρονος.

Versus spondiacus sumptus est ex Homero Od. XI 85

Αὐτολύκου θυγατὴρ μεγαλήτορος, Ἀντίκλεια.

2. *εἰς Ἰθάκην οὐχ ὑπέδεξο*: cf. Hom. Od. XI 161 sq. *οὐδέπω ἦλθες εἰς Ἰθάκην οὐδ' εἶδες . . . γυναῖκα.* — *Πάιν* accusativus formatur in Aeolismo lesbico;[5] inveni semel apud Apollonium Rhodium IV

1) Reitzenstein P. W. I 1636.
2) idem ibid. III 1, 381.
3) idem ibid. I 2521.
4) Susemihl II 549.
5) Kuehner-Blass I 1, 413.

697 *Αἰήταο πάϊν*. ter in Anthologia Pal. VIII 51, 1 (Gregorii Nazianz.; saec. IV p.) et IX 125, 3; 6.

3. *ἐπὶ ῥηγμῖσι*: dicit semper Homerus *ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης* in fine hexametri, ut Il. I 437; Od. IV 430; 575; IX 150; plurali utuntur Euripides Iph. T. 253 *ἄκραις ἐπὶ ῥηγμῖσιν* et Apollonius Rhodius IV 251 *ἐπὶ ῥηγμῖσιν ἔδειμαν*. — *Γεγώς* petitum est ex tragicorum dictione: Soph. Ai. 1289; Elect. 24; 775; Eur. Hel. 1030; Tro. 397; Andr. 320; 434; 580 al.

Cum versu quarto

θάμβει, ἀνὰ γλυκερὰν ματέρα δερκόμενος

cf. A. P. VII 4, 4

μὴ τόδε θαμβήσῃς, ὦ ξένε, δερκόμενος.

(Pauli Silentiarii; saec. VI p.). Eandem pentametri clausulam legimus A. P. IX 733, 2

ὡς ζῶσαν σαίνει ματέρα δερκόμενος.

Nostro vero loco *ἀναδέρκομαι* positum est in tmesi, cf. Il. XXIII 812 *ἂν δ' ἄρα Τυδεΐδης ὦρτο* et VII 110 *ἀνὰ δ' ἴσχεο κηδόμενός περ*. *Ἀναδέρκομαι* ipsum legimus Il. XIV 436 *ἀνέδρακεν ὀφθαλμοῖσιν*; cum accusativo coniunctum est apud Euripidem Herc. f. 563 *φῶς ἀναβλέψεσθε*. *Γλυκερός* adiectivum saepissime invenitur in Anthologia Palatina ante caesuram pentametri substantivo post caesuram respondente, ut VI 349, 6 *γλυκερὴν ἠόνα* (Philodemi; saec. I a.); V 127, 2 *γλυκεροῖς χείλεσιν* (Marci Argentarii: saec. I p. ineunte);[1] IX 16, 4 *γλυκερὸν φέγγος* (Antipatri Macedoni); V 230, 1 *γλυκερὸν κῶμα* (Agathiae; saec. VI p.); Plan. 183, 8 *γλυκεροῖς βότρυσιν*. Cf. etiam IX 23, 7 *ὅσσον μητρυιῆς γλυκερωτέρη ἔπλετο μήτηρ* (Antipatri); V 291, 10 *γλυκερὴ δάμαλις* (Agathiae; saec. VI p.); VII 691, 3 *γλυκερὰ τέκνα* al.

IX. Versus duo primi in codice sic traditi sunt

1) Reitzenstein P. W. II 712

μη τέρα τρηχείοισιν ἐπι σπείρημα σιδήρωι
σαλμωνεῖ γενέτᾳ τῷδ' ὑποτασσομένωι

Scripsit Jacobsius primo[1])

μητέρα τρηχείοισιν ἐνίσχει ῥύμασι Τυρὼ

deinde lacunam admisit versuum complurium, post quam legit

Σαλμωνεῖ γενέτᾳ τῷδ' ὑποτασσομένην.

postea probabilius

μητέρα τρηχείοισιν ἐνὶ σπειρήμασι Τυρώ,

sed tum quoque sumere debebat post versum primum duo vel complures excidisse. Neque memoria dignum est id, quod Stadtmueller aliique legunt. Recte vero mihi codex videtur tradidisse *τρηχείοισιν ἐπὶ σπειρήμασι* h. e. in duris vinculis; quae autem litterae sequuntur, eae certo mutandae sunt in *Τυρώ*. Quod iam attinet ad verba prima, si unam litteram corrigemus, habebimus bonum sensum

μὴ πέρᾰ τρηχείοισιν ἐπὶ σπειρήμασι Τυρώ
Σαλμωνεῖ γενέτᾳ τῷδ' ὑποτασσομένη (sc. *ἔστω*),

id est latine: „ne diutius sit in duris vinculis Tyro patri huicce Salmoni subiecta“.

Syllaba altera vocis *πέρα* longa quidem est, sed hoc impedire non potest, quominus eam restituamus: vide infra p. 47. Fortasse autem desideres in textu verbum finitum; saepe vero hoc omittitur, praecipue verbum *εἶναι, λέγειν, ποιεῖν*[2]) apud poetas, cf. haec exempla: Eur. Hel. 939 *μὴ δῆτα* (sc. *τοῦτο γένοιτο*); Soph. El. 369 *μηδὲν* (sc. *λέγε*) *πρὸς ὀργήν*; Soph. Ant. 577 *μὴ τριβὰς ἔτι* (sc. *ποιεῖτε*); Eur. Ion. 1331 *μὴ ταῦτα* (sc. *ποιήσῃς*).

τρηχεῖος forma est aliunde non nota pro *τρηχύς* vel pro *τρηχαλέος*, quae adiectiva in Anthologia Pala-

1) exercitt. critt. II 176.

2) Stahl, kritisch-histor. Syntax des Griechischen Verbums d. klass. Zeit p. 26 sq.

tina saepius leguntur: *σπείρημα* spiram significat, alias proprie de serpentibus, ut Aesch. Cho. 248; A. P. VI 207, 7 (Archiae); Dionys. perieg. v. 1156 ed. Bernhardy (Geographi Graeci minores vol. I p. 61), hic improprie de vinculis, quod quidem *σπείρημα* apud alios scriptores, quantum videre potui, numquam significat, sed excusationem habet ab eo, quod vincula, quae corpori iniecta sunt, cum draconis spiris conferri possunt.

Σαλμωνεῖ γενέτᾳ τῷδ' ὑποτασσομένη: patri huicce Salmoni subiecta, id est irae patris obnoxia (Jacobs, exercc. critt. II 176): Salmonis nomen exstat etiam Plan. 30, 2 initio pentametri: *εἰμὶ δ' ἐκεῖνος Σαλμωνεύς* (Gemini; saec. I a. Chr. ineunte).[1])

Cum versus fine compara A. P. IX 170, 4

πῶς μὴ νικήσω τὴν ὑποτασσομένην

(Palladae; saec. IV p. exeunte).

3. *οὐκέτι γάρ* initio hexametri legitur etiam A. P. V 247, 6 (Pauli Silentiarii; saec. VI p.); IX 134, 2; Plan. 156, 3.

ἐν ἕρκεσιν in quarto hexametri pede occurrit A. P. VIII 113, 3

ὅς ποτε ἧς βασιλῆος ἐν ἕρκεσι κάρτος ὑπάρχων

(Gregorii Nazianz.; saec. IV p.) et IX 452, 4

ὅς μ' ἔρξας βαρύποτμον ἐν ἕρκεσι μηλονομήων.

ἐγγύθι loco hexametri quinto saepius apud Homerum legitur, ut Od. I 120; VII 29; XIII 156 al. Cum verbis *ἐγγύθι λεύσσων . . . καθεζομένους* cf. locos Homericos hos: Il. XVI 70 sq. *οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσουσι μέτωπον ἐγγύθι λαμπομένης*; Od. IX 166 *Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ἐλεύσσομεν ἐγγὺς ἐόντων*; X 30 *πυρπολέοντας ἐλεύσσομεν ἐγγὺς ἐόντας.* Participium quoque *καθεζόμενος* crebro legis

1) Radinger P. W. VII 1, 1051

apud Homerum, ut Il. IX 570; XI 397; Od. VI 295; XX 58 al.

X 1. In vocativo nominis *Θόας* formando sequitur poeta Homerum Il. XIII 222 *ὦ Θόαν*, item 228, non Euripidem, qui habet *Θόας* Iph. Taur. 1435; 1474.

2. cum versús initio cf. A. P. VI 124, 4 in fine pentametri *ῥυομένα θανάτου* (Hegesippi; floruit ante Meleagrum); IX 453, 2 *ῥυόμενος θανάτου* (eadem sede); 40, 6 *ἐκ διπλῶν ῥυσαμένη θανάτων*. — *οἰκέτις* voce utuntur Sophocles fr. 782 N² p. 314 *περιστερὰν οἰκέτιν*, Euripides El. 104 *οἰκέτις γυνή*, Theocritus 18, 38, Manetho IV 603.

3. *τλῆναι* cum accusativo coniunctum habet iam Homerus Od. XIX 347 *ἥτις δὴ τέτληκε τόσα φρεσίν, ὅσσα τ' ἐγώ περ*; Il. V 395; XXIV 505; cum infinitivo coniunctum (epigr. Cyz. XI 1) Il. XXIV 519

πῶς ἔτλης ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν ἐλθέμεν οἶος;

XXII 136; 236.

ἦμος coniunctionem Homerus semper initio versus usurpat (uno loco suspecto excepto Od. XII 439); tragici utuntur liberius, ut Soph. Oed. R. 1134

κάτοιδεν, ἦμος τῷ Κιθαιρῶνος τόπῳ; Ai. 935; Eur. Hec. 914 al.; in versu heroico caesura bucolica antecedente habet Nonnus Dion. IV 265. — *ἀπούρας* saepe apud Homerum invenitur in fine hexametri, ut Il. I 356; IX 107; XI 432; Od. XIII 270 al.

4. *ὕδρος* vocem legimus semel apud Homerum de serpente, qui Philoctetam momorderat Il. II 733

ἕλκει μοχθίζοντα κακῷ ὀλοόφρονος ὕδρου.

Eandem vocem adhibent de Philoctetae serpente Philostratus Her. p. 171, 31 K. et Quint. Smyrn. IX 385; 394. Praeferunt tragici *ὕδρα* vocabulum: Soph. Trach. 574; 1094; Eur. Ion. 191; Phoen. 1136; Herael. 950.

ὤλεσεν post pentametri caesuram legitur etiam A. P. XIV 137, 2

οὓς τόδε δῶμα πεσὸν ὤλεσεν Ἀντιόχου.

5. στεῖχε δὲ καὶ σὺ λιπὼν Ἀσωπίδος κτλ. est dictio plane Euripidea: cf. ea, quae dixi ad II 1. 2. στεῖχε imperativo Euripides libenter utitur, ut Med. 1394; Tro. 445; Iph. Aul. 2; Taur. 1211; 1296.

Habet codex in versus fine Ἀσωπίδος νέαν κούραν. Scribit Stadtmueller in textu ἄγκεα κούρας; in apparatu critico proponit Ἀσωπίδα νειὸν ἄρουραν. Sed num νειός vox, quae apud Homerum significat „ager novalis" (Il. X 353; XIII 703 al.) hic adiectivi modo cum ἄρουρα possit coniungi, valde dubito. Verisimilior vero mihi videtur esse Graefii coniectura Ἀσωπίδος αἶαν ἀρούρας; sed rem in incerto pono. cf. cum versu quinto Apoll. Rh. I 735

ἐν δ᾽ ἔσαν Ἀντιόπης Ἀσωπίδος υἱέε δοιώ,

et IV 567

ἔνθα Ποσειδάων Ἀσωπίδα νάσσατο κούρην.

6. γειναμένην ἄξων. Cf. A. P. IX 106, 4 τὴν ἐμὲ γειναμένην ῥέξον ἀπιστοτέρην (Leonidae); Plan. 134, 4 γειναμένα τόξοις ἀρσενόπαιδα γόνον (Meleagri; ineunte saec. I a.); Pal. VII 742, 2 κούρους δισσοτόκῳ νηδύι γειναμένη (Apollonidis: ineunte saec. I p.);[1]) Plan. 320, 4 ἡ καὶ Ἀριστείδην ῥήτορα γειναμένη.

XI 2. δύσφημος h. e. maledicus, famam alicuius laedens, legitur Pind. Nem. 8, 37 θανὼν ὡς παισὶ κλέος μὴ τὸ δύσφαμον προσάψω, et Herodian. VIII 5, 3 εἰς αὐτὸν ἀπορρίπτειν δυσφήμους καὶ αἰσχρὰς βλασφημίας. Hoc significare illud vocabulum nostro quoque loco inde apparet, quod Polydectes ausus erat Persei matrem, quam Iuppiter amaverat, in matrimonium ducere eoque Iovem laeserat et, ut poetae

1) Reitzenstein P. W. II 129.

verba excipiam *τῷ Διὶ μεμψάμενος*, vituperaverat. Nam femina, quacum deus coierat, debebat abstinere coitu viri mortalis.[1]) Qua de causa Wilamowitzii coniectura *τὸν Δί' ἀμειψάμενος* non necessaria ideoque reicienda est.

3. *ἀνθ' ὧν* occurrit initio trimetri iambici apud tragicos: Aesch. Prom. 31; Soph. Oed. Col. 275; 1295; Eur. Hippol. 764 al., et hexametri A. P. VI 13, 5 (Leonidae); 281, 5 (eiusdem); 154, 7 (Leonidae aut Gaetulici); 187, 5 (Alphei Mitylenaei: saec. I p. ineunte); 99, 5 (Philippi Thess.; saec. I p.); 251, 7 (eiusdem) al.

ὄμματ' ἔλυσε est dictio tragica: cf. chori verba ad Hectorem dormientem in anon. Rhes. 8 *λῦσον βλεφάρων γοργωπὸν ἕδραν*. — *ἐνθάδε* in quinto pede saepissime legitur in Anthologia Pal., ut VII 254 b 1 (Simonidis); 277, 1 (Callimachi: saec. III a.); IX 315, 1 (Niciae: saec. III a.);[2]) VII 176, 1 (Antiphili Byzant.; ineunte saec. I p.); 222, 1 (Philodemi; ineunte saec. I p.); 403, 3 (Marci Argentarii: saec. I p. ineunte) al.

Περσεύς nomen creberrime exstat apud Nonnum in fine hexametri: Dion. 25, 54; 80; 108; 143; 30, 271; 47, 504; 509; 512 al., semel in Anthologia Pal. IX 483, 1.

4. *λιθουργέω*, h. e. in lapidem converto, praeter nostrum locum tantummodo occurrit Philostrat. Imag. p. 311, 19 K. *τὰς δὲ Ἠλιάδας γεωργήσει αὐτίκα, αὔραις γὰρ καὶ κρυμοῖς, οὓς ἀναδίδωσι, λιθουργήσει καὶ πεσόντα ὑποδέξεται.*

χαριζόμενος participii formae creberrime leguntur in fine pentametri in Anthologia Pal.: VII 300, 4 *παισὶ χαριζόμενος* (Simonidis); XII 128, 2 *Πανὶ χαριζόμεναι*

1) Fehrle, kultische Keuschheit im Altertum, RGVV VI p. 3 sqq.

2) Susemihl II 526.

(Meleagri: ineunte saec. I a.): IX 573, 2 *γαστρὶ χαριζόμενος* (Ammiani: ineunte saec. II p.):[1]) V 268, 2 *τῇ δὲ χαριζόμενος* (Agathiae: saec. VI p.): VII 352, 8 *φωτὶ χαριζόμεναι* al.

XII 2. *ποινὰν τᾶς ἰδίας ματρὸς ἀμυνόμενος* traditum est: praebebat iure offensionem *ἀμυνόμενος ποινάν*, quod apte dici non potest, si Ixion eos, qui matrem necaverant, interficit. Itaque Stadtmueller mutavit *ἀμυνόμενος* in *ἀναινόμενος*: equidem potius sumam poetam insulsa ratione contaminavisse has duas constructiones *ποινὰν τῆς μητρὸς ἀποτινόμενος* (quae exstat apud Homerum Il. XVI 398; Od. XXIII 312) et *τὸν τῆς μητρὸς φόνον ἀμυνόμενος*. Nam *ἀμύνεσθαι* verbum eandem habet significationem, quam *ἀμείβεσθαι*, quae est „par pari referre, ulcisci".[2]) Coniecturam igitur Stadtmuelleri existimo esse reiciendam.

ἴδιος adiectivum crebro legitur ante caesuram pentametri in Anthologia Pal., ut VII 414, 4 *ἴδιον κισσόν* (Nossidis: exeunte saec. IV a.):[3]) 216, 6 *ἰδίης . . . συντροφίης* (Antipatri Thess.: ineunte saec. I p.); IX 73, 2 *ἰδίοις ῥεύμασιν* (Antiphili Byz.: ineunte saec. I p.): 346, 4 *ἰδίων . . . τεκέων* (Leonidae Alexandr.; saec. I p.): 354, 2 *ἰδίῳ . . . πολέμῳ* (eiusdem) al. *Ἀμυνόμενος* quoque participium exstat in fine pentametri VII 726, 2 *Πλατθὶς ἀμυνομένη* (Leonidae); VI 207, 4 *θάλπος ἀμυνομέναν* (Archiae: saec. I a.): IX 265, 2 *τόξον ἀμυνόμενος* (Apollonidis: saec. I p. ineunte); Plan. 251, 2 *τόξον ἀμυνομένα*.

XIII 1. *Ἀλκίδας* praeter *Ἀλκείδας* apud poetas occurrit, ut *Ἀλκίδεω* Plan. 50, 2 et *Ἀλκείδα* A. P.

---

1) Reitzenstein P. W. I 1845.
2) cf. Ellendt, lex. Soph. p. 40.
3) Susemihl II 529.

IX 237, 5 (Erycii; saec. I a.).[1] Herculis quoque cognomen *ὁ θρασύς* aliunde notissimum est: Apoll. Rh. I 341; 1316; A. Plan. 97, 4; 104, 2 (Philippi Thess.: saec. I p.): App. 136, 6 *ἢ θρασὺς Ἀλκείδης ἢ καλὸς Ἐνδυμίων.*

2. Cum *ὅσιον πρὸς λέχος* cf. A. P. VII 572, 1

οὐχ ὁσίοις λεχέεσσιν ἐτέρπετο λάθριος ἀνήρ

(Agathiae: saec. VI p.). — *ἐκδίδομαι* de puella nuptum collocanda legitur etiam Eur. Med. 309 *ἐξέδου κόρην, ὅτῳ σε θυμὸς ἦγεν.*

XIV 1. *μάργε*: iam Homerus hoc convicio utitur[2]) Od. XVI 421 *μάργε, τί ἢ δὲ σὺ Τηλεμάχῳ θάνατόν τε μόρον τε ῥάπτεις κτλ.*

μεμεθυσμένος participium ter legimus in Anthologia in quarto hexametri pede: App. 34, 7

ηὔλει δὲ Γλαύκης μεμεθυσμένα παίγνια Μουσέων.

(Hedyli: ineunte saec. III a.):[3]) A. P. XI 26, 1

σφάλλομαι ἀκρήτῳ μεμεθυσμένος

(Argentarii: saec. I p. ineunte) et Plan. 15, 1. — *Τίπτε* saepe utitur Homerus Il. I 202; II 323; XI 606; Od. I 225 al. et epigrammatum poetae A. P. IX 70, 3 (Mnasalcae: saec. III a.): 251, 3 (Eueni grammatici: ca. 50 a.—50 p.):[4]) V 252, 1 (Irenaei referendarii: saec. VI p.);[5]) IX 57, 1 (Pamphili) al.

Cf. cum duobus versibus primis A. P. VII 483, 1. 2 *Ἀΐδη ἀλλιτάνευτε καὶ ἄτροπε, τίπτε τοι οὕτω*

Κάλλαισχρον ζωᾶς νήπιον ὠρφάνισας;

2. *εὐνέτις*: tragici quidem habent *εὐνέτης* (Eur. Med. 159; Or. 1393; El. 803) et *εὐνέτις* tantum in compositionibus, ut Soph. Aias 501 *ὁμ-ευνέτις*; Eur.

1) Reitzenstein P. W. VI 1, 565.
2) hoc animadvertit iam Jacobs; exerc. critt. II 190.
3) Susemihl II 532.
4) Reitzenstein P. W. VI 1, 976.
5) Jacobs in Anth. Gr. XIII 905.

Andr. *ξυν-ευνέτις*. Vel *εὐνάτειρα* Aesch. Pers. 157; Prom. 895. *Εὐνέτις* vero vox occurrit Apoll. Rhod. IV 96; Oppian. Hal. IV 336 et in Anthologia V 2, 5 (Antipatri Thessal.: saec. I p. ineunte): VII 169, 5, 8: App. 256, 4: 355, 6. *Διὸς εὐνέτις* dicunt Apollonius Rhod. IV 96 de Iunone, itidem de Iunone Nonnus Dion. 4, 47; 8, 225; de Electra 3, 425; 47, 695.

3. *κατάξιος* adiectivum exstat Soph. Philoct. 1009; Eur. Elect. 46. — *φῦρσε κατάξια*: cf. Eur. Hel. 455 *ὡς ἀνάξι' ἠτιμώμεθα.*

In hexametri fine traditum est *βορρὰν* et in versu 4 *εἴασε*; scribit Stadtmueller, mea quidem sententia iniuria, *φορβὰν* et *εὔνασε*; vide infra p. 46 sq.

4. *πτανοί* voce utitur pro substantivo Euripides Ion. 106 *πτηνῶν ἀγέλας*: A. P. VI 13, 3 (Leonidae); IX 19, 4 (Archiae: saec. I a.): VI 183, 3 et 184, 3 (Zosimi Thasii); Plan. 153, 2 (Satyri) al.

θηρσὶ . . . βορρὰν καὶ πτανοῖς . . . εἴασε. Quod dicendi genus ex Homeri temporibus apud poetas et scriptores orationis solutae usitatum est. Cf. Il. I 4 sq. *αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν οἰωνοῖσί τε δαῖτα*; Soph. Ant. 29 sq. *ἐᾶν δ' ἄκλαυτον, ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν θησαυρὸν εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς*; 697 sq.: Herodian. 8, 5 (saec. III p.) *εἴασαν κυσί τε καὶ ὄρνισι βοράν*; Quint. Smyrn. I 329; 644 alibi.

ἐπὶ γᾷ: *γῆ* vocis formae crebro leguntur in Anthologia Pal. ante caesuram pentametri, ut *ἀπὸ γῆς* VII 23, 4 (Antipatri Sid.: exeunte saec. II a.): VI 179, 6 *γᾶς* (Archiae: saec. I a.): IX 222, 6 *ἀπὸ γῆς* (Antiphili Byz.: ineunte saec. I p.): 415, 4 (eiusdem): 83, 4 *ἐπὶ γῆν* (Philippi Thess.: saec. I p.): 438, 4 *ἀπὸ γῆς* (eiusdem): XII 110, 4 *καὶ λάμποις ἐπὶ γᾷ* al.

XV 1—3. Hi tres versus tam graviter vulnerati sunt, ut vix plane sanari possint. Secundum epi-

grammatis inscriptionem Bellerophon a Glauco filio servatur, cum Megapenthes, Proeti filius, eum velit interficere. Codex vero praebet haec verba

οὐτέτι προίτου παιδὸς φόνον ἔσχεθε βελλεροφόντης
τοῦδ' ἐκ τοῦ παιδὸς τειρομένου θάνατον
γλαύκου.

Habebimus sensum tolerabilem, si cum Meinekio legemus in versu primo *Προιτιάδου* pro *Προίτου παιδός*, quoniam versus traditus legibus metricis non respondet. Megapenthis autem insidias eventu caruisse apparet ex inscriptione et ex versu quinto *καὶ σὺ πατρὸς φόνον αὐτὸς ἀπήλασας*, quin etiam ille ipse mortem videtur occubuisse Bellerophontis filiique manibus; quodsi hoc est verum, nos (nam Jacobsii et Stadtmuelleri coniecturas reicimus, quia nimis abhorrent a textu tradito) versum primum et alterum sic possumus restituere

Οὐκέτι Προιτιάδου φόνον ἔσχεθε Βελλεροφόντης
τοῦδ' ἐκ τοῦ παιδὸς τειρομένου θανάτῳ
Γλαύκου·

vel Latine „amplius non avertit Bellerophon caedem a Proetiade hocce, qui a filio morte vexatur, a Glauco."

ἔσχεθον iam Homerus cum accusativo coniungit Il. XIX 119; 418; Od. IV 284 al.; cum accusativo et genetivo Od. IV 758 *σχέθε δ' ὄσσε γόοιο*. Praepositionem vero *ἐκ* pro *ὑπὸ* in genere passivo valde adamarunt tragici, ut Aesch. Prom. 221; Sept. 750; Agam. 735; Soph. Philoct. 335; 1316 al. — *τείρομαι* verbum id est vexari, urgeri coniunctum cum dativo iam apud Homerum saepissime exstat: Il. V 153 *γήραϊ*; Od. II 71 *πένθει*; Il. XVII 745 *τείρεθ' ὁμοῦ καμάτῳ τε καὶ ἱδρῷ*; 376 *τείροντο δὲ νηλέϊ χαλκῷ* al.

Bellerophontis nomen in fine hexametri legimus etiam Il. VI 155; 162; 164; 190 al.

Maiorem autem difficultatem praebet nobis versus tertius traditus sic

κρανταγένους Ἰοβάτου δ' ὑπαλύξει.

quoniam ignoramus, quas partes in hac re egerit Iobates. Finis quidem versus *Ἰοβάτου δ' ὑπαλύξει* recte mihi traditus esse videtur. nam particulam *δέ* hiatus vitandi causa esse introiectam mihi persuasi;[1] sed quisnam est, qui effugiet cuique a Parcis fuga destinata erat (v. 4)? Nemo alius certo nisi Bellerophon, qui caedem a Megapenthe paratam effugit. Quid autem faciemus illi *κρανταγένους*? Videtur mihi iure Heckerus[2]) eruisse genetivum adiectivi *ἀγεννοῦς* ita, ut *ἀγέννοῦς* versus ictum habeat in syllaba altera sicuti in trimetro iambico Euripidis Iph. A. 1457

δόλῳ δ', ἀγέννως Ἀτρέως τ' οὐκ ἀξίως.

Sed si ille vir doctus legit

κράντα (a *κράντης* rex) *ἀγεννοῦς Ἰοβάτου δ' ὑπαλύξει* (sc. *θάνατον*)

ei assentiri nequeo; potius temptem

κάρτος ἀγεννοῦς Ἰοβάτου δ' ὑπαλύξει.

„potentiam autem Iobatis ignavi effugiet (Bellerophontes)" quamquam negare non possum paucos versus esse hoc taetriores. De longa syllaba prima nominis *Ἰοβάτης* vide infra p. 46.

ὑπαλύξει sumptum est ex Homero, qui habet in fine hexametri *ὑπάλυξεν* Od. IV 512; *ὑπαλύξαι* Il. XII 327; *ὑπαλύξας* Od. VIII 355; al.

4. ante *ἐπέκλωσαν* optime cum Heynio *οἵ* inseritur. Stadtmueller coniecit [illegible].

Cum versu ipso cf. Callim. hymn. V 104 *ἐπεὶ*

1) Iacobsius coniecit *κῆρα κακὴν δ' οὐδ' Ἰοβάτης ὑπαλύξει*. Stadtmueller [illegible] *δ' οὐ* [illegible] *Ἰοβάτου δ' ὑπαλύξει*.

2) In edit. Didotiana I 1.

μοιρᾶν ὧδ' ἐπένησε λίνα; A. P. VI 243, 6 (Diodori) *Μοιράων δ' οὐκ ἐμέγηρε λίνα*; App. 166, 2 *Μοιρῶν ὥς ἐπέκλωσε μίτος*.

5. *ἀπήλασα* aoristus crebro apud Euripidem legitur, ut Alc. 553 (*πόλεως*); Heracl. 188; 319 (*χθονός*); Iph. Taur. 713 al.

6. *ἐπιφράζομαι* verbum apud Homerum saepius occurrit: Il. II 282; V 665; Od. VIII 94; XV 444 al.; *ἐπεφράσατο* semel legitur in fine pentametri A. P. VI 291, 6 *αὐτῆμαρ τοῖον μῆχος ἐπεφράσατο*.

XVI 1. Cum verbis *Αἴολε καὶ Βοιωτέ* cf. A. P. XI 24, 1 (Antipatri) *ὦ Ἑλικὼν Βοιωτέ*, cum versus fine *σοφὸν φιλομήτορα μῦθον* cf. A. P. IX 789, 1

τέκτονά με σκοπίαζε σοφῶν κοσμήτορα μυθῶν.

φιλομήτωρ cognomen fuisse Attali III, qui regnavit 138—133 a. Chr., inter omnes constat;[1]) legitur praeterea Plut. Sert. c. 2; Mor. p. 543 E; apud Nonnum in quinto hexametri pede Dion. 3, 442 *γόῳ φιλομήτορι κούρῃ*.

2. *πρήξατε, μητέρ' ἐήν ... λυόμενοι* dictum est pro *τὴν ὑμετέραν μητέρα*. Tales pronominum mutationes non raro adhibentur:[2]) eadem, qua poeta Cyzicenus, eodem in vocabulo utitur Apollonius Rhod. III 267:

μητέρ' ἐὴν ἀχέουσαν ἀποπρολιπόντες ἵκοισθε;

(scholia interpretantur hunc locum *ἀντὶ τοῦ ὑμετέραν*).

3. *τοὔνεκα γὰρ καὶ πεφήνατε ἄλκιμοι ἄνδρες* ita traditum est in codice; inseruit Bothe, ut vitium metricum tolleret, *κάρτα* post *καί*, Stadtmueller *πᾶσι*. Mihi vero ante *πεφη* propter similitudinem litterarum quandam facilius videtur excidisse vocem *πάγχυ* (cf. epigr. Cyz. VI 2 *πάγχυ μυσαττομένη*).

1) Wilcken P. W. II 2175.

2) Kühner-Gerth II 1, 572 sq.

πέφηνα perfectum in tragicorum dictione usitatum est, ut Aesch. Prom. 111: Soph. Oed. Col. 326, Elect. 646; 1261; Eur. Tro. 619 al.

ἄλκιμοι ἄνδρες legimus in fine hexametri Quint. Smyrn. XII 67

ὦ Κάλχαν, δηίοισι καταντίον ἄλκιμοι ἄνδρες.

Sed iam Homerus hoc virorum epitheton habet, ut Il. XVII 177 *ἄλκιμον ἄνδρα*, XXI 586 *ἄλκιμοι ἀνέρες*, et Soph. Philoct. 326 *ἀνδρῶν ἀλκίμων*.

4. Cum hoc versu cf. A. P. IX 481, 2

ὃς μὲν ἐπιβρίσας, ὃς δέ με μὴ καλέσας

(Iuliani scholastici: saec. VI p.)[1]), et A. P. I 94, 4[2])

οἱ μὲν ἀπ᾽ ἀντολίης, οἱ δ᾽ ἑσπερίοιο γαίης.

XVII. Reliqua sunt tria vocabula *πυρὸς καὶ γαίης*: Jacobsius coniecit *ἐκ πυρὸς Αἴτνης* et *πυρκαΐης*, quod tamen incertum est.

XVIII 1. *οὐ ψευδὴς ὅδε μῦθος*, cui versiculo magna est similitudo cum A. P. IX 88, 8

οὐ ψεύστης μῦθος Ἀρίονος.

(Philippi Thessalonicensis: saec. I p.). — *κέκασται* dictio est Homerica. Cf. Il. XX 35

ὃς ἐπὶ φρεσὶ πευκαλίμῃσι κέκασται.

Plusquamperfectum *ἐκέκαστο* invenitur in fine hexametri Il. XXIII 289; XXIV 535; Od. VII 157 al.

3. *ἡδυχαρής* est *ἅπαξ εἰρημένον*; sed cf. similes formationes: *ἡδυεπής* Hom. Il. I 248; Soph. Oed. R. 151; A. P. VII 144, 1; IX 525, 8; *ἁδυμαγής* VII 736, 8 (Leonidae Tar.: ineunte saec. III a.); *ἁδυφαής* VI 295, 6 (Phaniae: floruit ante Meleagrum);[3]) *ἡδυφαής* IX 399, 3, XV 29, 2 (Ignatii); *ἡδυμελής* V 139, 1 (Meleagri; ineunte saec. I a.); Plan. 177, 4 (Philippi Thess.; saec. I p.).

1) Jacobs in Anth. Gr. XIII 906.
2) Stadtmueller in edit. I. p. XXXVIII.
3) Susemihl II 549.

Traditus est versus tertius sic

ἡδυχαρὴς γὰρ ἔην σκοπὸς ἄνδρασιν ὥριος οὗτος.

Jacobsius coniecit κόπος, Stadtmueller οἶτος; sed non esse censeo, quod mutemus, quia poeta hoc tantum dicere voluit iucundum fuisse viris hunc finem tempestivum (id est mortem), quoniam matris gratria illum clarum laborem susceperunt. σκοπὸς significat signum, ad quod tela dirigunt sagittarii, ut A. P. XII 45, 1 (Posidippi; saec. III a.);[1]) IX 179, 3 (Leonidae): XII 89, 1 al. ὥριος adiectivum creberrime legitur in A. P.: IX 329, 4 (Leonidae Tar.; ineunte saec. III a.); VI 198, 1 (Antipatri Thess.; ineunte saec. I p.); 252, 2 (Antiphili Byz.; ineunte saec. I p.); IX 311, 4 (Philippi Thess.; saec. I p.); XI 70, 2 (Leonidae Alex.; saec. I p.) al.; in quinto hexametri pede IX 384, 21 (Leontii; saec. VI p.);[2]) 650, 5; App. 262, 3.

4. μητρὸς ἐπ' εὐσεβίῃ, quod codex praebet, nonnulli (Jacobs, Herwerden, Stadtmueller) mutare voluerunt, quia haec verba in versum quartum ex quinto (χαίροιτ' . . . ἐπ' εὐσεβίῃ) illata esse existimabant. Sed cum vox εὐσεβίη etiam in versu secundo (εὐσεβίης θ' ὁσίης) inveniatur, mea quidem sententia non licet quidquam in nostro versu mutare. Etenim quare fieri non potest, ut hic poeta ea ipsa de causa, quod filiorum pietatem in altius efferre in animo habebat, una et eadem voce ter in uno epigrammate usus sit? Cf. locum Theocriteum XIV 58

εἰ δ' οὕτως ἄρα τοι δοκεῖ ὥστ' ἀποδαμεῖν
μισθοδότας Πτολεμαῖος ἐ λ ε υ θ έ ρ ῳ ο ἷ ο ς ἄ ρ ι σ τ ο ς,

quem versum excipit interlocutor τἄλλα δ' ἀνὴρ ποῖός τις; cui respondetur ἐ λ ε υ θ έ ρ ῳ ο ἷ ο ς ἄ ρ ι σ τ ο ς. Quo loco poeta eundem versus finem bis deinceps posuit,

1) Susemihl II 531.
2) Christ⁴ 826.

ut Ptolemaei liberalitatem bis commemorando magis praedicaret.

κλεινὸς πόνος est dictio Euripidea; cf. Ion. 131 *κλεινὸς δ' ὁ πόνος μοι θεοῖσιν δούλαν χέρ' ἔχειν.* Cum pentametri fine cf. A. P. VII 541, 4

δυσμενέες θρασέος δῆριν ἔθεντο πόνον.

(Damageti; exeunte saec. III a.).[1])

ἔθεντο ⏑ _ in pentametri clausula saepissime legitur in Anthologia Pal.: VII 489, 4 (Sapphus); 525, 6 (Callimachi: saec. III a.); IX 744, 4 (Leonidae); 82, 6 (Antipatri Thess.: ineunte saec. I p.): VII 402, 4 (Antipatri); 44, 2 (Ionis); 716, 4 (Dionysii Rhodii); App. 266, 4 al. — Item vocis *πόνος* formae in pentametri fine: IX 588, 6 (Alcaei Messenii: exeunte saec. IV a.);[2]) VII 218, 14 (Antipatri Sid.; exeunte saec. II a.): IX 545, 4 (Crinagorae: saec. I a.);[3]) 77, 6 (Antipatri Thessal.; ineunte saec. I p.) al.

5. *ἔνεροι* vox iam apud Homerum occurrit Il. XV 188; XX 61, et apud tragicos Aesch. Prom. 572; Pers. 629; Soph. Elect. 1391. *κλυτός* adiectivo saepissime utitur Homerus de dis et hominibus, ut Il. VIII 440; XV 184; XVIII 614; Od. V 422; XI 310; XXIV 409.

6. Cum fine versus cf. A. P. IX 103, 6

τὸν ἐπ' ἐμοὶ μεγάλων οὔνομ' ἔχουσα μόνον.

(Mundi Munatii), et XIV 60, 4

κοινωνὸν τὸν Ἄρη μοῦνον ἔχουσα λόγον.

μόνος adiectivi formae in fine pentametri exstant XI 362, 4 (Callimachi; saec. III a.): IX 231, 6 (Antipatri): VI 166, 2 (Lucilli: saec. I p. exeunte); XI 397, 4 (Luciani); XII 90, 8; 100, 4; 130, 6 al.

1) Susemihl II 547.
2) Susemihl II 545.
3) Susemihl II 561.

XIX 1. *τόνδε . . . παίδων κρύφιον πόνον τίκτεις*: non dubito, quin poeta hic tragicam dictionem voluerit imitari; cf. Eur. Phoen. 30 *τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον μαστοῖς ὑφεῖτο κτλ.* *Κρύφιος* de concubitu illegitimo invenis Eur. Elect. 720 *κρυφίαις εὐναῖς*; Ion. 1487 *κρύφιον ὠδῖνα*; Herc. fur. 344; Soph. Trach. 360.

2. *ξυνός* adiectivum iam apud Homerum legitur Il. XV 193; XVI 262; XVIII 309, et epigrammatum poetis valde in deliciis fuit: occurrit ante pentametri caesuram VI 136, 2 (Anacreontis); VII 190, 2 (Anytae aut Leonidae); XII 158, 6 (Meleagri; ineunte saec. I a.); IX 245, 4 (Antiphanis; saec. I p.); IX 664, 4 (Pauli Silentiarii; saec. VI p.); V 288, 10 (Agathiae) al. Adverbium *ξυνῇ* raro invenitur, ut Aesch. Sept. 367; Apollon. Arg. II 802; Dionys. perieg. 1098.

Versus alter sic traditus

Ῥῆμόν τε ξυνῇ καὶ Ῥωμύλον λεχέων

intactus servari potest; vide infra p. 47 sq.

λεχέων genetivus exstat in fine pentametri A. P. IX 70, 2 (Mnasalcae; saec. III a.); V 345, 4 (Crinagorae; saec. I a.); 2, 6 (Antipatri Thess.; saec. I p. ineunte); 221, 8 (Agathiae; saec. VI p.).

3. *ἄνδρωσεν*: Homerum secutus poeta augmentum aoristi omisit: invenitur verbum Lycophr. Alex. 943 *ἤνδρωσαν*; 176 *ἀνδρώσας*; A. P. VII 418, 2 *ἤνδρωσεν* (Meleagri; ineunte saec. I a.) et 419, 5 (eiusdem).

σπήλυγξ vox magis poetica est quam *σπήλαιον*. Homerus habet tantummodo *σπέος*; usitatissimum est *σπήλυγξ* Alexandrinorum et poetarum recentiorum temporibus: Apoll. Rh. Arg. II 568; Lycophr. 46; Theocr. XVI 53; A. P. VI 253, 1 (Crinagorae; saec. I a.); Orph. Arg. 379; Lith. 55; Hymn. 51, 5 Abel; Nonn. Dion. 8, 179; 48, 910 *(ὑπὸ σπήλυγγι)*; in quinto hexametri pede legimus A. P. IX 365, 4 (Iuliani impera-

toris: saec. IV p.); 451, 1 *ἐνὶ σπήλυγγι*; Nonn. Dion. 2, 451: 6, 264 *ἐνὶ σπήλυγγι*. et 32, 245; 43, 311 *ὑπὸ σπήλυγγα*.

τιθηνός: cf. Eur. Iph. Aul. 1230 *πόνων τιθηνοὺς ἀποδιδοῦσά σοι τροφάς*; Lycophr. 1398 *πάλιν τιθηνὸν ἀντιπορθήσει χθόνα*. In fine hexametri semel legitur App. 160, 3:

Ῥουστικὸν ἡγεμονῆα πόσιν, καὶ παῖδα τιθηνόν.

4. *δυσήκεστος* h. e. „difficilis curatu" praeter nostrum locum nusquam invenitur nisi *δυσάκεστα* apud Hippocratem medicum de fract. in Med. Gr. edid. Kuehn 23, 3 p. 112. Homerus enim et tragici semper utuntur voce *ἀν-ήκεστος*, ut Il. V 394 *ἄλγος*; XV 217 *χόλος*; Aesch. Cho. 516 *πάθος*; Soph. Oed. R. 98; Ai. 52; Eur. Med. 283 al.

ἥρπασα aoristus saepissime legitur post pentametri caesuram in Anthologia Pal.: VII 364, 4 (Marci Argentarii: ineunte saec. I p.): 308, 2 (Luciani; saec. II p.): 92, 4 (Diogenis Laertii: saec. III p. ineunte); VIII 41, 2 (Gregorii Naz.: saec. IV p.): App. 215, 8; 349, 2 al.: coniungitur cum *ἐκ* VII 371, 4 (Crinagorae; saec. I a.): IX 32, 4: App. 229, 2. *καμάτων* genetivus creberrime occurrit in fine pentametri: A. P. VI 289, 8 (Leonidae): 95, 6 (Antiphili: saec. I p. ineunte); VIII 153, 4 (Gregorii Naz.; saec. IV p.): VI 65, 12 (Pauli Silentiarii: saec. VI p.): 30, 2 (Macedonii *ὑπάτου*; saec. VI p.)[1]) 73, 4 (eiusdem); 11, 4 (Satyrii): IX 7, 6 (Iulii Polyaeni): VII 321, 2; IX 384, 22; 675, 4.

Templum Cyzicenum exstructum esse inter annos 159—149 a. Chr. in prooemio animadvertimus: is est terminus, post quem epigrammata sunt composita.

---

1) Suidas s. v. *Ἀγαθίας*.

Concludere igitur nobis licet poetam eos locos, qui
consentiunt cum locis poetarum, qui ante hoc tem-
pus floruerunt, esse imitatum. Atque ex iis, quae ad-
huc protulimus, aperte, ut opinor, elucet auctorem
epigrammatum Cyzicenorum non modo Homeri car-
mina optime novisse, sed etiam tragico colore, prae-
cipue Euripideo, dictionem suam, ut ita dicam,
tinxisse. Quin Apollonii quoque Rhodii, qui
saec. III a. Chr. floruit, Argonauticis sit usus, dubi-
tare non licet maxime ideo, quod item atque Apol-
lonius initio hexametri habet *Ἀμφίων καὶ Ζῆθος*
(epigr. Cyz. VII 1; Argon. I 735) quodque eandem at-
que ille pronominis possessivi mutationem eodem in
vocabulo adhibet (epigr. Cyz. XVI 2 *πρήξατε . . . μη-
τέρ᾽ ἐὴν λυόμενοι*; Arg. III 267 *μητέρ᾽ ἐὴν . . . ἀπο-
προλιπόντες ἵκοισθε*). Atque illud etiam apparet po-
etam Cyzicenum epigrammatistarum, qui floruerunt
usque ad templi exstructionem, locos esse imitatos,
maxime Dioscoridis (A. P. VII 166, 1—2) in
epigr. I 1—2 et Anytae Mitylenaeae (sive potius
poetae incerti, qui tamen ante saeculum primum a.
Chr. vixerit necesse est) A. P. VII 492, 2

τὰν ἄνομον Γαλατᾶν ὕβριν ἀναινόμεναι

in epigr. I 4

τὰν ἄθεον Πενθεῦς ὕβριν ἀμειβόμενος.

Cum vero Penthei nomen materie ipsa esset datum, pro *ἄνομον*, quod non aptum erat Pentheo, *ἄθεον* subdidit.

Sed non modo eorum poetarum, qui ante templi exstructionem floruerunt, loci nobis occurrunt locis poetae Cyziceni simillimi, verum etiam tum, cum in tempora posteriora descendimus, idem accidit. Floruit exeunte saec. II a. Chr. Antipater Sidonius, cum cuius versu A. P. VII 232, 1

Λύδιον οὖδας ἔχει τόδ᾽ Ἀμύντορα παῖδα Φιλίππου

consentire videtur in fine epigr. Cyc. III 1

Ἀλκιμέδη ξύνευνον Ἀμύντορα παιδὸς ἐρύκει.

Sequitur Geminus (saec. II a. ineunte), qui item ac poeta Cyzicenus (IX 2) pentametrum primum facit incipientem a nomine *Σαλμωνεύς* (Plan. 30, 2); sed id casu quoque accidere potuit. Sub Augusto vero floruit Antipater Thessalonicensis, qui primus, quantum videre licet, futurum activi generis verbi *πνέω* habet *πνεύσω* (A. P. IX 112, 1: epigr. Cyz. VI 6), quod temporibus posterioribus usitatum est (Quint. Smyrn. X 228; XIII 516; Geopon. II 21, 3). Instituit sub Caligula Philippus Thessalonicensis epigrammatum coronam: si confers A. P. IX 88, 8 *οὐ ψεύστης μῦθος Ἀρίονος* cum epigr. Cyz. XVIII 1 *οὐ ψευδὴς ὅδε μῦθος*, e verborum consensu solo diiudicare non potes, uter alterum sit imitatus.

Vox autem *λιθουργέω* epigrammatis Cyzicenis (XI 4) communis est tantummodo cum Philostrato (Imag. p. 311, 19 K.) rhetore ineuntis saec. III p. Chr.; vox *ὀλέτις* (VII 2) cum cantu magico in Hecatam servato in papyro Parisina (v. 2859), quam papyrum saec. IV p. Chr. scriptam esse constat. Eadem ipsa aetate floruit Gregorius Nazianzenus, cum cuius versu A. P. VIII 113, 3

ὅς ποτ᾽ ἦς βασιλῆος ἐν ἕρκεσι κάρτος ὑπάρχων

et auctoris ignoti A. P. IX 452, 4

ὅς μ᾽ ἔρξας βαθύποτμον ἐν ἕρκεσι μηλονομήων

cf. epigr. Cyz. IX 3

οὐκέτι γὰρ δουλώσει ἐν ἕρκεσιν.

Si poeta Cyzicenus dicit tantummodo *ἐν ἕρκεσιν*, mea quidem sententia illos duos locos vel alterum incommode imitatus est. Nam et Gregorius Nazianzenus et auctor ignotus adiciunt genetivum *βασιλῆος ἐν ἕρκεσιν*

et *ἐν ἕρκεσι μηλονομήων*; solum *ἐν ἕρκεσιν* dicere poetam temporis recentioris decet. Habet idem Gregorius compositionem *τυμβ-ολέτις* A. P. VIII 184, 2 (epigr. Cyz. *παιδ-ολέτις* III 6) et Zosimus Thasius *πτην-ολέτις* A. P. VI 185, 2.

Saeculo eodem quarto vixit Quintus Smyrnaeus, cum cuius duobus locis permagna est similitudo epigrammatis Cyzicenis. Cf. enim X 482 *δμηθέντα Διὸς . . . κεραυνῷ* cum epigr. Cyz. I 1: *Διὸς δμαθεῖσαν . . . κεραυνῷ* et XIV 630 *ἄχνυτ' Ὀδυσσῆος πινυτόφρονος* cum epigr. Cyz. VIII 1 *μᾶτερ Ὀδυσσῆος πινυτόφρονος*.

Sub exitum fere quarti saeculi Dionysiaca composuit Nonnus Panopolitanus; canit is IV 329 de sanguine, qui ex ore Philomelae fundebatur, *μεμιγμένον αἵματος ὁλκῷ*, poeta Cyzicenus de Pythone *μεμιγμένον ἑρπετὸν ὁλκοῖς*.

Formulam vero *λέκτρα μιαίνειν* (Epigr. Cyz. V 2; XI 1 *λέχη μιαίνειν*) habet Nonnus Dion. 48, 767 et poeta ignotus Nonnianus A. P. IX 362, 15; in fine hexametri nomen *Περσεύς* Nonnus Dion. 25, 54; 80; 108; 143 al. (Epigr. Cyz. XI 3), et *ζηλήμονα Μήνην* Nonnus Dion. 11, 396 (Epigr. Cyz. VII 3 *ζηλήμονα μῆνιν*). Praeterea autem dicunt Nonnus Dion. 3, 425; 47, 695 *Διὸς εὐνέτις* de Electra et poeta Cyzicenus de Latona (XIV 2), quae mulieres sunt Iovis paelices. Denique legimus apud Nonnum Dion. 36, 67 in fine hexametri *σαόφρονος εἵνεκα μίτρης*, in epigr. Cyz. III 2 *σαόφρονος εἵνεκα μητρός*; coniunctionem *ἦμος* caesura bucolica antecedente Nonn. Dion. IV 265, in epigr. Cyz. X 3.

Eodem vero tempore floruit Palladas; cf. A. P. X 58, 1 *γῆς ἐπέβην γυμνός* cum epigr. Cyz. II 2 *τᾶσδ' ἐπέβην γᾶς*, et A. P. IX 170, 4 *πῶς μὴ νικήσω*

τὴν ὑποτασσομένην cum epigr. Cyz. IX 2 *Σαλμωνεῖ γενέτᾳ τῷδ' ὑποτασσομένη*.

Sed cum a Pallada *τὴν ὑποτασσομένην* bene et iocose de ventre, ab hoc poeta insulsissime de filia, quae patris irae obnoxia est, dictum sit, non dubito iudicare auctorem Cyzicenum fuisse imitatorem, qui pentametri clausulam, quam memoria tenebat, non ita commode adhibuit. Si autem hunc Palladae locum imitatus est, mihi persuasum est eum etiam omnibus locis, quos modo enumeravimus quique sumpti sunt ex Quinto Smyrnaeo, Nonno, aliis, esse usum, itemque poetarum ignotorum versibus, ut App. 157, 3 in epigr. II 3; A. P. XII 140, 5 in epigr. VI 3; IX 789, 1 in epigr. XVI 1.

Pervenimus iam in saeculum sextum p. Chr., ubi floruerunt epigrammatum poetae, Iulianus scholasticus, Agathias, Paulus Silentiarius: cum Iuliani versu A. P. IX 481, 2

ὃς μὲν ἐπιβρίσας, ὃς δέ με μὴ καλέσας

cf. epigr. Cyz. XVI 4

ὃς μὲν ἀπ' Αἰολίης, ὃς δ' ἀπὸ Βοιωτίης,

ubi dubitari potest, uter alterum imitatus sit. Cum Agathiae versu A. P. VII 572, 1

οὐχ ὁσίοις λεχέεσσιν ἐτέρπετο λάθριος ἀνήρ

cf. epigr. Cyz. XIII 2

Ἀλκμήναν, ὅσιον πρὸς λέχος ἐξέδοτο,

quam tamen similitudinem vix quidquam demonstrare concedendum est. Cum Silentiarii versu A. P. VII 4, 4

μὴ τόδε θαμβήσῃς, ὦ ξένε, δερκόμενος

cf. epigr. Cyz. VIII 4

(σε) θαμβεῖ, ἀνὰ γλεκεράν ματέρα δερκόμενος.

Ex Silentiarii vero versu mihi quidem certo apparere videtur poetam Cyzicenum eum imitari voluisse; quisnam dicet ei contigisse, ut commode id faceret, si coniungit cum *θαμβεῖ* pronomen *σε* (sc. *μα-*

τέρα) et deinde pergit *ἀνὰ γλυκερὰν ματέρα δερκόμενος*? Itaque non dubito, quin epigrammata Cyzicena post Agathiam demum et Paulum Silentiarium a poeta aliquo saeculo sexto vel paulo post sint composita. Quod vero attinet ad epigrammatum auctores eos, quos ille imitatus est — supra enim eum demonstravimus habere multa, quae plurimorum epigrammatum poetarum propria sunt —, mea quidem sententia verisimilius est eum in Anthologia aliqua collectos quam singulos illos legisse.

At dicat quispiam iis testimoniis, quae attuli, non nimis confidendum esse, quia illi quoque auctores, e quibus hic pendeat, ex aliis, qui antea vixerint, haurire potuerint. Et re vera dubitaremus poetam Cyzicenum in tempus tam serum reicere, nisi res prosodiaca nobis succurreret. At quoniam his rebus proprium tractatum destinavimus, nondum ad eum transeamus, sed antea, ut commodius progrediamur, interrogemus, qua tandem dialecto ille sit usus. Sine dubio est dialectus Attica, sed tantopere mixta vocibus aliarum dialectorum, inter quas formae numero praecellunt, aut quae *η* ionicum aut quae *α* doricum habent, ut inutile non sit has diversas formas epigrammatum ex ordine hoc loco adnotare.[1])

1. dor. *τάνδε*, *δμαθεῖσαν* (sed *η* A ante rasuram), *ματέρα*, *τάν*, *Πενθεῦς*, ion. *Ἁρμονίης*.

2. dor. *ματρός*, *τᾶσδε γᾶς*, ion. *Ἀρκαδίης* (bis).

4. dor. *ματρός*, *τὰν γαμετάν*, ion. *Φρυγίην*, *Κλεοπάτρη*.

5. dor. *ματρὸς Μερόπας*, *ά*, *ἐρειδομένα*, ion. *κουριδίης*.

6. dor. *Λατώ*, *πινυτάν*, ion. *σκολιῆς*.

7. dor. *τάνδ'*, *ματέρος Ἀντιόπας*, ion. *σειρήν*.

---

1) omitto eas formas, quae eaedem Atticae sunt.

8. dor. *μᾶτερ, ματέρα*, aeol. *πάιν*.
9. dor. *γενέτᾳ*, ion. *τρηχείοισιν*.
10. dor. *ματέρα, Ὑψιπύλαν, ἅ, Εὐρυδίκας, γᾶς, γενέτας*. ion. *ἠγαθέην*.
11. dor. *ματρί*.
12. dor. *ποινὰν τᾶς ματρός*. ion. *γαίῃ*.
13. dor. *Ἀλκίδας, ματέρα τάνδε, Ἀλκμήναν*.
14. dor. *τᾶς, πτανοῖς. ἐπὶ γᾷ*.
16. ion. *πρήξατε μητέρ᾽ ἐήν. Αἰολίης, Βοιωτίης*.
17. ion. *γαίης*.
18. ion. *ἀληθείῃ, εὐσεβίης θ᾽ ὁσίης. ἐπ᾽ εὐσεβίῃ* (bis).
19. ion. *ξυνῇ*.

Quamquam inauditum non est epigrammatum poetas nonnumquam praeter formas ionicas certis de causis in nonnullis carminibus doricas adhibuisse, ut Leonidam Tarentinum (ineunte saec. III a.) A. P. VI 204 et 205, Antipatrum Thessalonicensem (ineunte saec. I p.), VII 530; 531; IX 26, Agathiam (saec. VI p.) VI 167; VI 32; IX 152, Paulum Silentiarium (saec. VI p.) V 216; VI 54; 84; IX 396, tamen talis formarum discrepantia, saepe in uno eodemque epigrammate obvia alibi non occurrit, sed attribui debet auctori, cui omnis fere sensus dialectorum proprietatis et scientia deerat. Extremis demum in epigrammatis, sive ipse id senserat sive commotus erat dialecto eorum, quos imitatus est, poetarum, operam dedit, ut versus componeret aequaliores; nam inde a carmine quinto decimo usque ad extremum formae doricae plane negleguntur.

II

Poeta qui in carminibus componendis aliorum poetarum clariorum, Homeri, Euripidis, Apollonii Rhodii, Dioscoridis (vide p. 39) auxilio tam ample utitur,

non putandus est ipse, quod attinet ad rem metricam, versus bonos fecisse. Nam quicumque epigrammata Cyzicena diligenter legerit, debebit confiteri nullius fere umquam poetae carmina tam plena esse licentiarum metricarum et prosodiacarum alibi insolitarum. Quarum plurimae priore quidem tempore, quin etiam in editione Stadtmuelleri, faciliore aut graviore mutatione deletae sunt; sed Radinger recte mea quidem sententia animadvertit id facere minime licere (p. 120); nam poeta nobis non est corrigendus, praesertim cum, si quidem coniecturas facimus, omne fundamentum aetatis auctoris statuendae amittamus.

Primum igitur quaeramus, quibus syllabis brevibus poeta Cyzicenus usus sit pro longis.

ep. II 3. *φῖλος* vocis syllaba prior producta est, quod tamen semel invenitur apud Homerum[1]) Il. IV 155 *φῖ́λε κασίγνητε.*

ep. III 1. *ξῡ́νευνον*: longum *συν* habet etiam Homerus, sed tamen uno in vocabulo *σῡνεχής*[2]) ut Il. XII 26; Od. IX 74, quod receperunt poetae posteriores Hesiod. Theog. 636; Bacchylid. V 113; Apoll. Rh. Arg. I 1271; Arat. Phaen. 20.

ep. IV 1. *κλῡτόνοος*, cum in eodem versu poeta *Κλῠτίος* nominis syllabam primam *κλῠ* pro brevi habeat (ut Homerus Il. III 147; Od. XVI 327) et epigr. XVIII 5 adiectivi *κλῠτός* (ut Homerus Il. V 435). Unum vero versum afferre possumus, qui ipse quoque longum *κλῡ* monstrat. Pap. Par. v. 2719

κλῦθι διαζεύξασα πύλας κλῡτοῦ ἀδάμαντος.

Quae papyrus scripta est saec. IV p. Chr.[3])

1) Christ^{2}, Metrik der Griechen und Römer p. 17.

2) idem p. 16.

3) C. Wessely, Denkschriften der kaiserl. Akademie der Wissenschaften zu Wien, Bd. 36, 1888, Abt. 2, p. 36.

ep. XV 3. Cum Ἰοβάτης nomen, quia tres syllabas breves se excipientes continet, legi metricae non respondeat,[1]) coniciendum nobis est auctorem ι vocis Ἰοβάτης longae loco habuisse. Atque nescio an poeta Cyzicenus longis syllabis vocum ἰός (Hom. Il. I 48; Od. I 262) vel ἰοδόκος (Hom. Il. XV 444; Od. XXI 12) commotus sit, ut in nomine etiam Iobatis ι pro longa haberet.

Versus autem ictu[2]) producuntur syllabae breves hae: epigr. VI 1 γηγενέᾱ Πυθῶνα; VI 3 γᾱ́ρ ἐθέλει; VII 4 ἱκέτῑς αὐτή; VIII 3 ἐπῑ̀ ῥηγμῖσι (quam productionem habet iam Homerus Il. I 437 al.).

In epigrammate XIV 3 traditum est θηρσὶ δὲ βο ῤ ῥ ὰ ν; cf. gloss. in Iob in editione Hesychiana, quam instruxit Alberti vol. I 743, 11 βοῤῥὰν· βρῶμα ἤγουν θήραμα. Apud poetas vero versu postulante modo unum ρ modo duo poni posse docent haec exempla[3]): καλλίρροος Il. II 722; XII 33; καλλίροος Od. V 441; XVII 206; χρυσόρραπις Od. X 277; 331; χρυσόραπις Pind. Pyth. IV 178; ἔρρεξε Il. IX 536; X 49; ἔρεξας Il. XXIII 570; ἔρεξε Quint. Smyrn. XIII 519; περίρρυτος Od. XIX 173; ἀμφίρυτος Od. I 50; 198 al. Sed cum his locis metri causa littera ρ initio radicis vocis vel secundae vocabulorum compositorum partis geminetur, apud poetam Cyzicenum falso intra vocem est facta geminatio.

Transeamus iam ad syllabas longas, quas epigrammata Cyzicena corripiunt.[4]) Atque hic nobis

1) Reliqua quoque nomina propria, quae incipiunt ab Ἰο . . ., habent ι brevem, ut Ἰόλαος, Ἰοκάστη, Ἰόκαστος, Ἰολαΐα, Ἰόλη al.

2) Christ[2], Metrik p. 21 sq.

3) Kühner-Blass I 1, 275, 4.

4) ep. IV 4 Φινέος optime leges per synizesin ut apud tragicos genetivos Μενέλεω, πόλεως, Θησέως. Kühner-Blass I 1, 227.

succurrit Ricardi Wagneri dissertatio „Quaestiones de epigrammatis Graecis ex lapidibus collectis grammaticae“ Lipsiae 1883, in qua egit p. 32 sqq. de labentis graecitatis indiciis et p. 46 sqq. de vocalium quantitate neglecta plurima exempla attulit. Corripuit vero poeta Cyzicenus litteram ᾱ ter, epigr. V 1 *μιᾰναι*; IX 2 *μὴ πέρᾰ*; XIV 4 *εἴᾰσε* (huius verbi vocalem ᾱ pro brevi metiuntur[1]) etiam Herodianus grammaticus II 808 et Hermogenes rhetor rhet. gr. ed. Walz III 292, quem scholiasta propterea vituperat V 521). Cf. exempla apud Wagnerum p. 48 sq. n.[2]) 615, 8 *θείᾰς* (saec. II vel III); 647 *δίκᾰς* (saec. IV); 517, 7 *ὀστᾰ́* (III vel IV saec.) et in epigrammate Diog. Laert. I 63; 314, 20 *εἰᾰ́θην*.

Litteram ῑ semel ep. III 2 *Φοίνῐκος*: apud Homerum syllaba altera semper longa est ut Il. IX 223; 621; in adiectivo vero *φοινῐκόεσσα* semper brevis ut Il. XXIII 717; Od. XIV 500.

Diphthongum *αι* semel, ep. III 2 *παῦσαῐ χόλον*; de qua diphthongi *αι* correptione dicit Wagner p. 54: „*αι* quam facile correptionem passa sit vel inde patet, quod diphthongi recentior pronuntiatio brevis vocalis littera ε exprimebatur.“ Cf. exempla haec p. 54 sq.: n. 329 *ἣν καῐ παράσχοις* (saec. I vel II); 442 *ἑοῖο καῐ μητέρος* (saec. II); 622 *ἐπίκειμαῐ κόνιν* (Traiani fere aet.); 674 *κεῖμαῐ δάμαρ* (III fere saec.); 657 *πλῆσαῐ παρειάς* (III fere saec.) al.

Vocalem *ω* bis, ep. XVI 5 *ὃς δ' ἀπὸ Βοιώτίης* et XIX 2 *καὶ Ῥω̆μύλον* (Romulus nominis syllaba prima corripitur etiam in carmine latino,[3]) quod in codice attribuitur Sulpiciae, poetriae Romanae, Caleni uxori,

1) Kühner-Blass I 2, 406.

2) Numeri pertinent ad Kaibelii epigrammatum editionem.

3) editum est a Friderico Leo in Persii, Iuvenalis saturarum editione Berolini 1910 p. 281 sqq.

quae floruit saec. I p.,[1]) sed quod temporibus multo recentioribus ortum esse oportet,[2]) v. 19 „Rŏmulique exturbat“,[3]) ubi tamen v. 57 legimus „Rōmulidarum igitur“).

Iam apud Homerum *δύο* et *δύω* inter- productam et correptam vocalis formam vacillant, sed usitata fit similis correptio saeculis demum graecitatis labentis (Wagner, p. 52 sq.), cf. exempla haec: n. 692 (saec. II vel. III) *ὀκτὼ μόνοις*; 607, 2 *τειμίῳ καὶ ἀξίῳ ἀνδρί* (saec. III); 444, 2 *Τίρω̆νος ἀρτιεπὴς υἱω̆νὸς φίλος* (III fere saec.); 421 *βιότου φω̆τός* alia.

Ex iis igitur, quae adhuc de prosodia protulimus, sequitur, ut terminum, post quem epigrammata sunt facta, statuere possimus saeculum fere alterum vel tertium p. Chr.

Postquam de vocalium quantitate neglecta egimus, quaeramus, qua ratione poeta pentametros et hexametros struxerit. Quod vero attinet ad pentametros, nobis primum inspiciendum est, utrum ille hiatum ante caesuram pentametri admiserit et syllabam ancipitem necne: his enim licentiis poetarum aetas definiri solet. Legitur autem hiatus ter:

II 4 *ὄφρα μιν ἂψ ἀγάγω ἐς πέδον Ἀρκαδίης.*
X 2 *ῥέσῃ τοῦ θανάτου οἰκέτιν Ὑψιπέλαν.*
XIV 4 *καὶ πτανοῖς ἐπὶ γᾷ εἴασε νῦν ὁσίως.*

Syllabarum ancipitum testimonia non exstant.

Poetae optimae quidem notae sibi licere non existimabant ante caesuram pentametri hiatum ponere;[4]) temporibus vero recentioribus haec licentia fit usitata: in octavo Anthologiae Palatinae libro, qui Gre-

1) Schanz, röm. Literaturgesch. II 2 1901, p. 163.
2) idem p. 164
3) Scaliger coniecit „Remulique“.
4) Christ Metrik p. 207 sq.

gorii Nazianzeni est (saec. IV p. Chr.). in 474 pentametris 23 hiatus ante caesuram inveni.

Transeamus iam ad hexametri structuram. Si hexametros quadraginta et unum, qui nobis in epigrammatis Cyzicenis traditi sunt, perlustramus, animadvertimus illorum confectorem dactylos adamavisse; creberrimae enim versus heroici formae sunt: quinorum dactylorum 11 (epigr. I 3; II 1; III 3; IV 3; V 3; 5; XIV 1; 3; XV 1; 5; XVIII 3), quaternorum 14, quorum 8 secundo loco (III 1; VI 1; VII 5; IX 3; X 1; XVI 1; 3; XIX 1), 6 primo loco (III 5; VI 3; XI 1; 3; XIII 1; XVIII 5) spondeum habent; reliquae vero, quae cogitari possunt formae, semel vel bis occurrunt. Legitur versus spondiacus semel VIII 1 Ἀντίκλεια, quem ex Homero sumptum esse supra demonstravimus (Od. XI 85). Duo autem spondei se excipientes bis exstant VII 1 Ἀμφίων καὶ Ζῆθε (sed hi ex Apollonio Rhodio petiti sunt, I 734) et VI 5 Δελφὸν δ' οὐ θήσει.

Quod vero attinet ad caesuras, inveniuntur hae: ἡ κατὰ τρίτον τροχαῖον octies decies (I 1; III 1; 3; V 3; VI 1; VII 1; 3; 5; VIII 3; IX 1; XI 3; XII 1; XV 5; XVI 1; 3; XVIII 1; 3; XIX 3); caesura penthemim. undecies (I 3; II 1; 3; III 5; IV 1; V 1; X 5; XIII 1; XV 1; XVIII 3; XIX 1); caesura bucolica decies (IV 3; V 5; VI 3; 5; VIII 1; IX 3; X 1; 3; XIV 1; 3); caesura hephthemim. semel (XI 1); de caesura in versu XV 3 dubitari potest.

Quaeritur iam, quo tempore ab epigrammatum poetis dactyli spondeis sint antelati, duo spondei se excipientes fere evitati, denique caesura post trochaeum tertii pedis fuerit usitatissima.

Ad quod ut respondeamus, conferas mecum tabulam hanc:[1])

[1]) Poetarum singulorum hexametros inde a primo usque ad quadragesimum ordine epigrammatum perquisivi.

Poetae	dact. in 1 spond.	spond. se excipientes 2	3	4	versus spond.
Leonidas Tar.[1]) 300 a.	$2\frac{1}{4}$	13	—	—	1
Antipater Sid.[2]) saec. II a. exeunte	$2\frac{23}{26}$	8	1	—	—
Philippus Thess.[3]) saec. I p. . . .	$2\frac{5}{12}$	12	4	—	—
Strato[4]) saec. II p. ineunte . . .	4	6	—	1	—
Gregor. Naz.[5]) saec. IV p. . . .	$7\frac{1}{5}$	2	—	—	1
Palladas[6]) saec. IV p. exeunte . .	$2\frac{1}{3}$	9	—	—	—
Agathias[7]) saec. VI p.	$5\frac{13}{32}$	1	—	—	—
Paulus Silent.[8]) saec. VI p. . . .	$5\frac{5}{6}$	—	—	—	—
epigr. Cyzicena	4	2	—	—	1

Ex qua tabula sequitur, ut spondeorum usus similiter atque apud poetas epicos[9]) etiam apud epigrammatum auctores paulatim recesserit usque ad Gregorium Nazianzenum — apud eum enim in hexametris quadraginta et uno tantum quinque et viginti spondeos invenimus — post illum paulo rursus sit progressus (apud Palladam, Agathiam, Paulum Silentiarium). Cum autem Nonnus eiusque imitatores existerent (saec. V

1) A. P. VI 188, 202, 204, 205, 334. VII 198, 295, 422, 440, 648, 652.

2) A. P. VI 14, 46, 47, 159, 160, 206. VII 2, 6, 8, 14, 23, 26.

3) A. P. VI 5, 36, 62, 99, 102, 103, 104, 231, 236, 240, 247, 251.

4) Anth. Graec. III 68 sqq.

5) A. P. VIII 1 sqq.

6) Anth. Graec. III 114 sqq.

7) Anth. Graec. IV 3 sqq.

8) Anth. Graec. IV 41 sqq.

9) cf. A. Ludwich, Beitraege zur Kritik des Nonnos, p. 47. Jahns Jahrbuecher für klassische Philologie 109, 1874, p. 237.

p. Chr.). epigrammatum quoque poetae ab iis legem accepisse videntur, quam iam Gregorius magna ex parte secutus erat, ut duo spondei se excipientes quam rarissime ponerentur.[1] Nam Agathias in hexametris quadraginta et uno tantummodo semel duos spondeos continuos adhibuit, contemporalis eius, Paulus Silentiarius ne semel quidem.

Cui autem tempori poetam epigrammatum Cyzicenorum inserere debemus?

Mea quidem sententia eidem, quo floruerunt Agathias et Paulus Silentiarius, saeculo sexto p. Chr. Caesurae quidem nullius sunt momenti, quoniam earum usus apud poetas diversos fluctuat. Nescio vero an primo obtutu illum auctorem propter rationem solam dactylorum et spondeorum in Stratonis temporibus poneremus, nisi illud unum obstaret, quod tam anxie spondeos se excipientes fugit. Quamquam enim negari non potest epigrammata Cyzicena unum versum spondiacum (VIII 1) et bis binos spondeos continuos continere (VI 5; VII 1), tamen supra demonstravimus versum spondiacum esse sumptum ex Homero (Od. XI 85), et binos spondeos se excipientes (VII 1) ex Apollonio Rhodio (Arg. I 734). Restant igitur tantummodo bini spondei continui (VI 5), qui huius poetae ipsius esse videntur, quem tamen non dubito in saeculum sextum p. Chr. reicere. Nostrae autem sententiae etiam favet de Wilamowitz, qui iudicavit „fuisse Byzantinum, qui e descriptione pedestri columnarum caelatarum epigrammata edolavisset Cyzicena“.[2] Quocum consentire videtur compositio quoque Anthologiae Palatinae ipsa. Nam Constantini Cephalae anthologia, quam instituit saec. decimo p. Chr., initium ducit a libro quarto; „nemo

1) de qua lege vide Christ[2] Metrik 177.

2) Parerga. Herm. 14, 1879, p. 167.

enim dubitabit," ut Woltersii verbis utar,[1] „quin rectissime Jacobs I—III Anth. Pal. libros a Cephala alienos esse dicat." Libros igitur priores tres eum, qui Anthologiam Cephalanam recensuit, adiecisse oportet, sed non multo post Constantinum, quia codex Palatinus iam saec. undecimo est scriptus. Liber vero primus continet epigrammata Christiana, quem librum saec. VI p. Chr. vel paulo post compositum esse iam inde apparet, quod duo insunt epigrammata Agathiae Scholastici, qui floruit saec. VI (ep. 34 sq.); occupat librum alterum illa Christodori ecphrasis, quam esse factam constat initio saec. VI p. Chr.[2] Nonne igitur verisimile est librum tertium, epigrammatum Cyzicenorum collectionem, illis ipsis temporibus esse ortum? Sed iudicent de hac re alii aliter, tamen ex iis, quae de prosodia disseruimus (p. 48), apparet epigrammata Cyzicena post saeculum alterum vel tertium, ex iis, quae de fontibus poetae (p. 43) quaeque de rebus metricis (p. 51) protulimus, certo post saeculum quartum, fortasse saeculo sexto composita esse.

Epigrammata igitur nullo pacto in stylopinaciis templi Attalidarum temporibus exstructi inscripta fuerunt: illud Jacobsii graviter repetere debemus „sunt potius ex *ἐκφράσεων* genere, quibus poetae et grammatici antiquae artis miracula celebraverunt."[3] Atque ut nonnulla exempla talium epigrammatum afferam, commonefaciam tantum de illis epigrammatis triginta sex, quae facta sunt in bovem Myronis clarissimam[4]; invenies alia exempla in libro Anthologiae Palatinae sexto, qui epigrammata dedicatoria collegit.

1) Mus. Rhen. 38, 1883, p. 104.
2) Christ, griech. Literaturgesch.⁴ 825.
3) Exercitat. critt. II 113.
4) Brunn Geschichte d. griech. Künstler I² p. 103.

III

Quoniam adhuc de epigrammatis ipsis disseruimus, iam ad illorum inscriptiones transeamus. Antecedunt enim singulis epigrammatis modo breviores modo longiores tituli, qui non solum argumenta fabularum, quae in columnis caelatis erant exhibitae, narrant, sed etiam (tit. 7, 10, 16) nos docent, qua ratione columnae in singulis templi lateribus fuerint dispositae.

Ac primum quidem interrogemus, num sermo titulorum sit oratio artificiosa, deinde inquiramus in auctoris dialectum ac verborum usum, denique inspiciamus constructiones proprias, quas adhibeat.

Quod vero attinet ad orationem artificiosam, rhetores postulant, ut dictioni appropinquet poeticae, ut utatur figuris rhetoricis, denique ut numeros ne aspernetur.[1]) Quae omnia nobis sunt respicienda.

Vocum autem, quas praecipue poetarum esse constat, adnotandae sunt hae: tit. 5 *βάκτρον*, quod est in oratione soluta *ῥάβδος* vel *σκῆπτρον*: tit. 8 *κατὰ τὸν οἶκον*, in orat. soluta *οἴκοι*; *κατ' οἶκον* vel *οἴκους* usitatissima est formula tragica, quae significat „domi" vel „in patria": invenitur *κατ' οἶκον* Soph. Elect. 929; 1147; Oed. Col. 343; Eur. fr. 147; 781. 53; *κατ' οἴκους* Aesch. Agam. 427; Eur. fr. 10. 2; 187. 2. Tit. 10 *πλευρόν*, in oratione soluta *ἡ πλευρά*;[2]) tit. 18 *αὐτονυκτί*, in oratione soluta *τῇ αὐτῇ νυκτί*; praeter nostrum locum invenitur tantummodo apud Iosephum Ant. Iud. XVII 9. 5; poetae epici semper utuntur forma *αὐτονυχί* vel *αὐτονυχεί*, ut Il. VIII 197; Apoll. Rh. Arg. I 1019; IV 1130; Arat. Phaen. 618. *Θνήσκω*, in oratione soluta *ἀποθνήσκω*;[3]) apud tragicos omnes

1) Norden, antike Kunstprosa I 50 sqq.

2) Kühner-Blass I 1, 502.

3) Kühner-Blass I 1, 133. I 2, 442

verbi simplicis formae sunt usitatae, quae in oratione prosa raro leguntur, ut *ἔθνησκον* Thuc. II 47; 48; 51. Tit. 19 *τῶν δεσμῶν ἔλυσαν* dictio est tragica; cf. Aesch. Prom. 1006 *λιπαρήσω . . . λῦσαι με δεσμῶν τῶνδε.*

At constat vocabula poetica maxime apud rhetores posteriores inde a primo saeculo p. Chr. usque ad sextum in deliciis fuisse; rhetorum, qui floruerunt usque ad saeculum tertium p. Chr., exempla collegit Guilelmus Schmid in libro „der Atticismus in seinen Hauptvertretern von Dionysius von Halikarnass bis auf den zweiten Philostratus“, qui liber non modo hic, sed etiam in iis, quae sequuntur, nobis praebebit argumenta. Invenies ibi vocabula poetica, quae exstant apud Herodem Atticum I 57; apud Dionem Chrysostomum I 148 sqq.; apud Lucianum I 313 sqq.; apud Aristidem II 187 sqq.; apud Aelianum III 178 sqq.; apud Philostratum IV 266 sqq.; quae apud Iulianum (saec. IV p.) leguntur, contulit Brambs.[1])

Figurarum autem rhetoricarum, quae, licet nonnullae in non artificiosa quoque oratione exstent, tamen, ubi coacervatae leguntur, orationis artificiosae magnum documentum sunt, iam exempla afferam.

Antithetorum invenimus haec: tit. 1 *προηγουμένου Ἑρμοῦ, Σατύρων δὲ . . . προπεμπόντων*, 9 *ὁ πατὴρ μὲν . . . ἔδησεν· ἡ δὲ μητρυιὰ . . . ἐπέτεινεν*, 13 *Ἡρακλέα ἄγοντα τὴν μητέρα . . . αὐτὸν δὲ . . . ἐγχειρόμενον*. 19 *τὴν μητέρα . . . ἔλυσαν. Ῥώμην δὲ κτίσαντες . . . ἀπεκατέστησαν.* Ter igitur particula *μὲν* deest, quod tamen rarum non est,[2]) cum imprimis apud Theophrastum et Polybium saepius desideretur; deest quater apud Philostratum.[3])

1) Studien zu den Werken Julians d. Apostaten. Progr. Gymn. Eichstaett 1897, p. 6 sq.

2) Kühner-Gerth II 2, 272.

3) Schmid, Atticismus IV 557 sq.

Paronomasiae[1] exempla praebent tit. 1 *προηγουμένου Ἑρμοῦ, Σατύρων δὲ καὶ Σιληνῶν μετὰ λαμπάδων προπεμπόντων*, 5 *Κρεσφόντην, ἀναιροῦντα Πολυφόντην, τοῦ πατρὸς τὸν φονέα*; adamaverunt paronomasias Polemo (Schmid, Atticismus I 64); Dio Chrysostomus (I 171 sq.); Herodes Atticus (I 198 sq.); Lucianus (I 417); Aristides (II 273); Aelianus (III 307 sq.); Philostratus (IV 501 sq.).

Parhomoeorum vero et **parisoseon**[2] inveniuntur exempla tit. 3 *τυφλούμενον Φοίνικα ὑπὸ πατρὸς Ἀμύντορος καὶ κωλύουσαν Ἀλκιμέδην τὸν οἰκεῖον ἄνδρα*, 7 *Λύκῳ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς ὑπὸ Νυκτέως τοῦ πατρὸς αὐτῆς*, 9 *ὁ πατὴρ μὲν Σαλμωνεὺς διὰ τὴν φθορὰν ἔδησεν· ἡ δὲ μητρυιὰ αὐτῆς Σιδηρὼ τὰς βασάνους αὐτῇ ἐπέτεινεν*, 11 *ὃν καθ' ἕτερον θάνατον ἐπενόει γενέσθαι, τοῦτον αὐτὸς κατὰ τὴν πρόνοιαν τῆς Δίκης ἐδέξατο.* 13 *ἄγοντα τὴν μητέρα αὐτοῦ . . . εἰς τὸ Ἠλύσιον πεδίον, συνοικίζοντα αὐτὴν Ῥαδαμάνθυι, αὐτὸν δὲ εἰς θεοὺς δῆθεν ἐγκρινόμενον.* 19 *ἀνδρωθέντες οὖν τὴν μητέρα τῶν δεσμῶν ἔλυσαν, Ῥώμην δὲ κτίσαντες Νομήτορι τὴν βασιλείαν ἀπεκατέστησαν.* **Isoteleuton** paene integrum nobis occurrit tit. 11 *ἀπολιθούμενος ὑπὸ Περσέως τῇ τῆς Γοργόνος κεφαλῇ . . . ἐκπέμψας τοῦτον ἐπὶ τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλήν.*

De parhomoeis et parisosis, quae exstant apud Herodem Atticum, vide Schmid I 198, apud Lucianum I 419, apud Aelianum III 311, apud Philostratum IV 509 sq.

Chiasmi[3] invenimus exempla tit. 1 *προηγουμένου Ἑρμοῦ, Σατύρων . . . καὶ Σιληνῶν . . . προπεμ-*

---

1) de hac vide Volkmann, Rhetorik d. Griechen u. Römer² p. 479 sq.

2) Volkmann, Rhetorik 482 sq.

3) Volkmann, Rhetorik p. 488 sqq

πόντων; 5 *ἔστι δὲ καὶ Μερόπη βάκτρον κατέχουσα καὶ συνεργοῦσα τῷ υἱῷ κτλ.*

De chiasmis apud Polemonem vide Schmid I 64, apud Lucianum I 419, apud Aristidem II 284 sq., apud Aelianum III 315, apud Philostratum IV 520.

Asyndetorum[1]) quoque figura semel exstat tit. 13: *Ἡρακλέα ἄγοντα τὴν μητέρα . . ., συνοικίζοντα αὐτὴν . . ., αὐτὸν δὲ . . . ἐγκρινόμενον.*

Quae Polemo praebet exempla, collegit Schmid I 64, quae Dio Chrysostomus I 174 sq., quae Lucianus I 420, quae Aristides II 286, quae Aelianus III 315 sq., quae Philostratus IV 520 sqq.

Quod autem rhetores in oratione legibus vincta solebant sententiis uti,[2]) id quoque hic auctor usurpavit, quamquam sententiae ab ipso argumento valde abhorrent, cuius potius est rem ipsam narrare. Occurrit vero una in titulis abdita sub his verbis tit. 11 *καὶ ὃν καθ' ἑτέρου θάνατον ἐπενόει γενέσθαι, τοῦτον αὐτὸς κατὰ τὴν πρόνοιαν τῆς Δίκης ἐδέξατο.* cf. Publil. Syr. 2 „Ab alio exspectes, alteri quod feceris" et Cic. Tusc. II 17, 39 „Qui alteri exitium parat, eum scire oportet sibi paratam pestem".[3])

Sententias, quae occurrunt apud Lucianum, contulit Schmid I 411 sq., quae apud Dionem Chrysostomum I 414, quae apud Aristidem II 263 sqq., quae apud Aelianum III 302, quae apud Philostratum IV 543.

Postremum autem postulat oratio arte composita, ut numeri, praecipue in colorum clausulis, adhibeantur: restat igitur, ut etiam in has inquiramus. Quamquam lex erat, ne rhetori liceret totum versum vel versus

1) Volkmann, Rhetorik p. 473 sqq.

2) Volkmann, Rhetorik 452 sqq.

3) cf. Otto, die Sprichwörter u. sprichwörtlichen Redensarten der Römer 15 sq.

partem orationi intexere,[1]) tamen, ut erat consentaneum, multi rhetores et scriptores, non modo pessimi, sed etiam meliores saepius hanc legem neglexerunt.[2]) Atque titulorum quoque auctor in metri vitium lapsus est: tit. 5 *ἔστι δὲ καὶ Μερόπη βάκτρον κατέχουσα* quinque hexametri pedes occurrunt: 9 *ἐκ δεσμῶν τὴν αὐτῶν μητέρα ῥυόμενοι* pars hexametri; 12 *μητέρα τὴν ἰδίαν Μεγάραν γεγενημένον φόνον* quattuor dactyli; iambice cadunt 9 *διὰ τὴν φθορὰν ἔδησεν*: 18 *ἱερωμένην ἐν Ἄργει Ἥρας*; trochaice 10 *Εὔνοος γεγλυμμένος*; 11 *τῆς Δίκης ἐδέξατο.*

Perquiramus iam colorum clausulas. Inscr. epigr. *Εὐμένους ἐπιγράμματα* –́⏑⏑–́⏑⏑; *ὑποτέτακται* ⏖́⏑–́–; tit. 1 *πεμπόντων αὐτούς* –́––́–; 2 *ἑαυτοῦ μητρί* –́––́⏓: 3 *οἰκεῖον ἄνδρα* –́⏑–́⏑; 4 *αὐτὴν ἐπεισῆγεν* –́⏑–̀–́⏑; 5 *ἀνδρὸς ἐκδημίαν* –́⏑–̀–́⏑–̀: 6 *ἐπιφανεὶς διεκώλυσεν* –́⏑⏑–̀–́⏑;[3]) 7 *ἐτιμωρήσατο* –́––́⏑–̀; 8 *οἶκον ἀνακρίνων* –́⏑⏑–̀–́–; 9 *αὐτῇ ἐπέτεινεν* –́⏑–́⏑: 10 *Εὐρυδίκης τιμωρίας* –́––́⏑–̀; 11 *Δίκης ἐδέξατο* –́⏑–́⏑–́: 12 *τούτῳ*[4]) *ἐφόνευσαν* –́⏑⏑–́⏑; 13 *δῆθεν ἐγκρινόμενον* –́⏑–̀–́⏑⏑–̀: 14 *ἐτόλμησεν ὑβρίσαι* –́⏑–́⏑–́; 15 *Προίτου φονεύεσθαι* –́⏑–̀–́–; 16 *πατρὸς αὐτῆς* –́⏑–́–; 17 *βαστάσαντες ἔσωσαν* –́⏑⏑–́⏑; 18 *αὐτονυκτὶ θνήσκουσιν* –́––́⏑; 19 *ἀπεκατέστησαν* ⏖́⏑–̀–́⏑.[5])

Ex quibus clausulis apparet scriptorem operam dedisse, ut orationem scriberet legibus astrictam. Notum vero est[6]) clausulas tres –́⏓–́⏓ (epigr. Cyz. 1, 2, 3, 9, 16,

1) Norden, Kunstprosa I 53 sq.

2) Volkmann, Rhetorik 521 sqq.

3) vel fortasse –́⏑⏑–́⏑⏑, quod iam Pindarus habet *κόλπῳ* (Pyth. IV 33).

4) *ἀγανακτήσαντες ἐπὶ τοῦτο* traditum est; non dubito cum Duebnero scribere *ἐπὶ τούτῳ*.

5) Tales clausulae numerosae in omnibus enuntiatis occurrunt.

6) Norden, antike Kunstprosa II 917; 924.

18), –́⏑–̀–́⏓ (4, 15, 19), –́⏑–̀–́⏑–̀ (5) in recentiore oratione fuisse usitatissimas; sed accurate, qua aetate auctor floruerit, nos non docent.

Quodsi ignoramus, quo tempore ille vixerit, fieri posse concedendum est, ut non priorem legem numerorum, sed potius illam, quae valebat inde a saec. IV p. Chr. usque ad saec. XVI p. Chr. quamque appellamus Meyerianam,[1]) sit secutus. Quae lex postulat, ut quantitate syllabarum neglecta tantummodo vocis ictus respiciatur et ante ultimam syllabam, quae ictum vocis habet, semper duae syllabae antecedere debeant, quae vocis ictum non habent, ita ut oriantur tres clausulae, clausula choriambica, adonea, didactylica. Quarum apud auctorem titulorum epigrammatum Cyzicenorum numeravi clausulas choriambicas 6, didactylicas 20, adoneas 23. At tamen multae clausulae relinquuntur, quae illi legi non respondent: tit. 1 *οὐρανὸν ἀνάγοντα*, 2 *ἑαυτοῦ μητρί*, 3 *πατρὸς Ἀμύντορος*; *οἰκεῖον ἄνδρα*, 4 *καὶ Κλυτίου*; *τοῦ Θρακός*; *πατρὸς ἐφόνευσαν*, 7 *ἀρκτῷα μέρη*. 9 *Ποσειδῶνος παῖδες* (et 16): *φθορὰν ἔδησεν*: *αὐτῇ ἐπέτεινεν*, 10 *τῇ μητρί*: *δεικνύντες ἄμπελον*; *γένους σύμβολον*, 12 *γεγεννημένον φόνον*: *προελομένη γῆμαι*, 16 *πατρὸς αὐτῆς*, 17 *καὶ Ἀμφίονος*, 18 *Ἄργει Ἥρας*; *τῶν βοῶν*; *αὐτονυκτὶ θνήσκουσιν*, 19 *τὴν μητέρα*: *αὐτῆς ἐγέννησεν*: *δεσμῶν ἔλυσαν*.

Dignum vero est, quod adnotetur, me apud Ioannem Lydum, qui floruit saec. VI p., in libello de magistr. (edid. R. Wuensch) in quinque paginis Teubnerianis clausulas quidem didactylicas 30, adoneas 29, choriambicas 19 numeravisse, at tamen viginti et unam clausulas, quae legi Meyerianae contradicunt. Nihil igitur nos impedit, quin sumamus inscriptionum

1) Wilhelm Meyer, der accentuierte Satzschluss in der griech. Prosa vom IV. bis XVI. Jahrhundert p. 6 sq.

quoque auctorem post saeculum quartum p. Chr. vivere potuisse.

Si autem quaerimus, utrum scriptor quidam numeros usurpaverit necne, nobis non est praetermittendum, quominus inspiciamus, utrum h i a t u m in oratione evitet an admittat, quoniam hiatus evitati artificium ab illo seiungi non potest.

Atque primum nobis est dicendum in textu nullo loco elisionem vel crasim scriptura esse expressam. Cum vero haec fuerit usitata sermonis consuetudo, conicere possumus, etiamsi non scribebantur, eas tamen in elocutione esse adhibitas.

Elisionem vero existimo esse accipiendam his locis: tit. 1 *μητέρα εἰς*, 3 *Φοίνικα ὑπό*, 6 *Πύθωνα ὑπὸ Ἀπόλλωνος*, 7 *μητέρα αὐτῶν*, 8 *μητέρα Ἀντίκλειαν*, 13 *Ἡρακλέα ἄγοντα*; *μητέρα αὐτοῦ*; *συνοικίζοντα αὐτήν*; *αὐτὸν δὲ εἰς*, 14 *ὑπὸ Ἀπόλλωνος*; *μητέρα αὐτῶν*, 18 *μητέρα ἐποίησαν*;[1] *τοῦτο αὐτῆς*, 19 *λέκαινα ἔθρεψεν*.

Vocales per crasin enuntiatas esse sumere licebit his locis tit. 5 *τοῦ ἀνδρός*, 7 *τὰ ἀρκτῷα*; *τῷ ἀνδρί*; per aphaeresin 9 *αὐτῇ ἐπέτεινεν*, 10 *πλευρῷ ἔστιν*, 11 *Λητὼ ἐτόλμησεν*.

Excusari autem potest hiatus his locis: in fine coli tit. 5 *τὸν φονέα· ἔστι δέ*, 7 *μέρη. Ἀμφίονος*, 9 *ἐνλελάξευνται, οἵ*; *ῥυόμενοι, ἦν*, 10 *Ὑψιπύλη, ἀναγνωριζόμενοι*, 12 *γῆμαι, ἀγανακτήσαντες*, 13 *Ῥαδαμάνθυι, αὐτόν*, 18 *τῇ θεῷ εἰ*; post vocalem brevem *ι* dativi declinationis tertiae in numero singulari[2] tit. 7 *ἀνδρὶ αὐτῆς* et 14; post vocem *καί*[3] tit. 6 et 14 *καὶ Ἀρτέ-*

1) Jacobs quidem verba *τὴν μητέρα* delevit et Stadtmueller uncis inclusit, sed ego puto esse servanda, quia auctor verba *τὴν . . . μητέρα Κυδίππην*, quae initio pronuntiati leguntur, deinde graviter repetere voluisse videtur.

2) Kühner-Blass I 1, 191.

3) ibid. I 1, 199.

μιδος, 11 *καὶ ὅν*; post articulum *τό*[1]) tit. 13 *τὸ Ἠλύσιον πεδίον*, 15 *τὸ Ἀλήιον πεδίον*; post pronomen *τί*[2]) tit. 18 *εἴ τί ἐστιν*.

At tamen multi hiatus restant, qui nullo modo excusari possunt: tit. 1 *προηγουμένου Ἑρμοῦ*, 2 *τῇ ἑαυτοῦ*, 4 *Κλεοπάτρᾳ αὐτήν*, 5 *τῷ υἱῷ*, 7 *Ζήθου ἱστορίαν*; *ζηλοτύπῳ ἐνεχθεῖσα*, 9 *μητρυιὰ αὐτῆς*, 10 *ῥυόμενοι αὐτήν*, 12 *τούτῳ*[3]) *ἐφόνευσαν*, 13 *αὐτοῦ Ἀλκμήνην*, 15 *Πηγάσου εἰς*, 16 *ῥυόμενοι ἐκ*, 17 *οἳ ἐκραγέντων*, 18 *Ἄργει Ἥρας*; *αὐτοὶ ὑποσχόντες*; *ἐπὶ τούτῳ ἐκείνη ηὔξατο*; *ἐκεῖνοι αὐτονυκτί*.

Dubium igitur non est, quin auctor hiatum multis locis admiserit, quin etiam ne conatus sit quidem evitare; hoc enim facile assequi potuit, si verborum ordinem paululum invertisset, velut 1 *Ἑρμοῦ προηγουμένου*, 10 *αὐτὴν ῥυόμενοι*, 17 *οἳ τῶν . . . κρατήρων ἐκραγέντων*, 18 *ἱερωμένην Ἥρας ἐν Ἄργει* al. Constat autem inde ab Isocrate usque ad alterum saeculum p. Chr. omnes scriptores et rhetores, hos severius illos minus severe hiatum effugere esse conatos;[4]) Aelianum vero atque Philostratum, qui tamen orationis solutae arte confectae scriptores esse videri voluerunt, hanc legem plane contempsisse;[5]) apud Ioannem Lydum, qui floruit saec. VI p., de magistrat. in quinque paginis Teubnerianis (p. 8—12 edid. R. Wuensch) 24 hiatus illegitimos numeravi.

Quoniam igitur primam huius capitis partem absolvimus, nunc transeamus ad auctoris d i a l e c t u m

1) ibid. I 1, 192.

2) ibid. I 1, 191. 199.

3) vide supra p. 57, adn. 4.

4) hiatum evitare conantur Polemo (Schmid, Attic. I 58. 60), Dio Chrysostomus (I 168), Herod. Attic. (I 198), Lucianus (I 247. 404), Aristides (II 248).

5) Schmid, Attic. II 292. IV 94. 469. 471.

ac verborum usum, quam inquisitionem ea mente faciemus, ut illius temporis definiendi nova capiamus indicia.

Quod primum attinet ad dialectum, qua auctor est usus, nobis confitendum est eum adfectasse dialectum Atticam, qualem scripserunt Xenophon, Demosthenes, alii. Singulorum autem verborum, de quorum usu, an in Attica dialecto fuisset vulgatus, dubii haerebant veteres, sequatur conspectus: tit. 2 *ὁ κίων*, vide Etym. Magn. p. 514, 55 *καὶ οἱ μὲν Ἀττικοὶ ἀρσενικῶς λέγουσιν, οἱ δὲ Ἴωνες θηλυκῶς.* 6 *καθότι* cf. Moeris p. 212 *καθότι Ἀττικῶς, καθὼς Ἑλληνικῶς; καθότι* utitur bis Aristides, or. XVII 402, 434; XLVIII 447, 565.[1]) In inscriptione et in titulo 16 occurrit vox *ναός*, quae est linguae, quam vocamus *κοινή*;[2]) habent scriptorum Atticorum[3]) Aeschylus et Thucydides *νεώς*, Sophocles et Euripides tantummodo *ναός*, Aristophanes Nub. 306 loco lyrico et Lysistr. 775 in oraculo *ναός*, cum Xenophon, Plato, Atticistae[4]) ambabus utantur formis. Itaque ne in his quidem vocabulis inscriptionum auctor omni Atticorum auctoritate destituitur.

Vocabulorum autem, quae alibi raro leguntur, usurpat auctor haec: *ἀνάγλυφος* in inscriptione, quod adiectivum inveni apud Eusebium Caes. hist. eccles. in Patrologia Graeca XX p. 865 B (Migne): *ποικίλμασιν ἀναγλύφοις* (ineunte saec. IV p.);[5]) apud Isidorum Hispal. (ineunte saec. VII p.)[6]) originum l. XX 4, 8

1) Schmid, Attic. II 120.

2) Thumb, die griech. Sprache im Zeitalter des Hellenismus 57. 237.

3) Kühner-Blass I 1, 496 sq.

4) Schmid, Attic. I 226 sq. II 18.

5) Christ[4] 934.

6) Teuffel-Schwabe, Gesch. d. röm. Literatur II[5] § 496.

(ed. Lindemann, Lipsiae 1833): „Graecum est Anaglypha, quod superius sint sculpta (vasa)"; apud Constantinum Porphyrogennetum de caerim. p. 582 B. et p. 586 B. et de thematibus l. I p. 15, 14 B. (saec. X p.);[1]) legitur substantivum *τὸ ἀνάγλυφον* iam Clem. Alexandr. Strom. ed. Staehlin II p. 339, 23 *διὰ τῶν ἀναγλύφων* (saec. II p. exeunte).[2])

στυλοπινάκιον est *ἅπαξ εἰρημένον*.

Tit. 5. *ἐκδημία* h. e. „discessus e vita", quam vocem Jacobsius olim mutare voluit in *ζημίαν*, Boissonade in *ἐκδικίαν*, sed iniuria. Exstat enim praeter nostrum locum apud Gregorium Nazianzenum (saec. IV p.) Patrol. Graec. 35 or. XXIV p. 1189 B:[3]) *ἐπεὶ δὲ καταλύει τὸν βίον, εἰ θέμις τοῦτο εἰπεῖν, ἀλλὰ μὴ πρὸς Θεὸν ἐκδημίαν ὀνομάσαι τὸ ἐκείνου πρᾶγμα*, ubi tamen, ut appareat intellegendum esse discessum e vita, adiectum est *πρὸς Θεόν*. Verbum vero *ἐκδημεῖν* actum moriendi significans occurrit primum, quantum videre licet, in Pauli Apostoli epistula altera missa ad Corinthios 5, 8 *εὐδοκοῦμεν δὲ μᾶλλον ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν κύριον*, quem locum affert Clemens Alex. Strom. ed. Staehlin II p. 322, 14 sq.; praeterea Gregor. Naz. Patrol. Graec. 35 or. XVIII p. 1032 A *πρὸς Θεὸν ἐκδημήσαντος*. Sed his quoque locis *ἐκ τοῦ σώματος* vel *πρὸς Θεόν* adiectum est. Videtur igitur vocabulum *ἐκδημία* nullo praeterea addito discessum e vita significans temporibus post Gregorium Nazianzenum esse attribuendum.

Tit. 8 *νεκρομαντεία*: notum est Luciani (saec. II p.) libellum esse inscriptum *Μένιππος ἢ νεκρομαντεία* et temporibus posterioribus Odysseae librum un-

1) Krumbacher, Byzant. Literatur² 252.

2) Christ⁴ 929.

3) quem locum affert iam Jacobs Anth. Graec. XIII 625.

decimum (Eustath. ad Od. p. 1670, 23), cui prior erat inscriptio *Νέκυια*.

Tit. 9. *ἐν-λελάξευνται* traditum est: scripsit Stadtmueller *ἐλλελάξευνται*; sed dubito, an non hoc sit verum, quia in papyris quidem Graecis Ptolemaeorum temporum formae eae, in quibus *ν* ante *λ* assimilatur aut non assimilatur, eadem fere frequentia occurrunt.[1]) *ἐνλαξεύω* est *ἅπαξ εἰρημένον*; verbum simplex *λαξεύω* legitur iam in Septuaginta Exod. 34, 1; Iudith 1, 2; Esai. 9, 10; temporibus posterioribus Eustath. ad Il. p. 230, 3; Eumath. de Hysmines et Hysminiae amoribus (saec. XII p.)[2]) fab. I 6 (Erotici scriptores rec. Hirschig p. 525); *λαξευτός* Sept. Deut. 4, 49; Luc. Euangel. 23, 53.

Tit. 18. *τὸ σκεῦος τῶν βοῶν* traditum est: Stadtmueller secutus Jacobsium in textum recepit *τὸ ζεῦγος*, quod tamen necessarium non esse puto. Nam hoc loco *σκεῦος* non „iugum" significat, sed potius „materiam servientem" vel adeo „animal serviens". Hanc significationem testatur Polybius, qui dicit XIII 5, 7 de ministro *ὑπηρετικὸν σκεῦος*, quam temporibus posterioribus non perisse docent nos Acta Apostolorum 9, 15, ubi homo appellatur *σκεῦος ἐκλογῆς*.

ἱερουργέω vox occurrit apud Iosephum ant. Iud. VI 6, 2 (saec. I p.; Christ-Schmid, griech. Literaturgesch.[5] II 1, 448), in Pauli epistula ad Romanos missa 15, 16 transitive *τὸ εὐαγγέλιον*; apud Antoninum Liberalem XX 1 *ἱερουργουμένας . . . τὰς θυσίας* (saec. II p.; Christ[4] 808); apud Iamblichum de vit. Pythag. III 14 (saec. III—IV p.; Christ[4] 862); medium genus legitur Plut. vit. Alex. 31 *διέτριβεν ἱερουργίας τινὰς ἱερουργούμενος*.

1) E. Mayser, Grammatik der griech. Papyri aus der Ptolemaeerzeit 234 sq.

2) Krumbacher, byzant. Literatur[2] 764.

Quamvis autem auctor id spectet, ut dialectum Atticam adhibeat, tamen structuris singularibus, quae longe absunt a dictione Xenophontis vel Demosthenis, usus est. Sunt vero hae: commutavit auctor praepositiones *εἰς* et *ἐν*: legimus enim in inscriptione *ἐν Κυζίκῳ εἰς τὸν ναὸν* Cyzici in templo et paulo post *ἃ εἰς τὰ στυλοπινάκια ἐγέγραπτο*, cum scriptores Attici dicere soleant *γράφειν ἔν τινι*.[1]) Vulgarem tamen huius verbi usum iam temporibus antiquioribus fluctuasse testantur inscriptiones[2]) IG I 32 A 22. 25. 29 (435/16 a. Chr.) *ἐν στήλῃ ἀναγραψάντων [μ]ιᾷ ... καὶ τὸ λοιπὸν ἀναγραφόντων οἱ αἰεὶ ταμίαι ἐ[ι]ς στήλην ... τὰς δὲ στήλας ἐν αἷς ἂν ἀναγράφωσι τὰ χρήματα κτλ.* et IG II 1, 17 A (378 a. Chr.) 64 *ἐν στήλῃ ἀναγράφειν*, 69 *εἰς στήλην*.

Apud Atticistas vero abusus praepositionum *εἰς* pro *ἐν* et *ἐν* pro *εἰς* paulatim incipit crescere, apud Aelianum et Philostratum fit promiscuus.[3]) Collegit exempla, quae Dio Chrysostomus praebet, Schmid I 91, quae Lucianus I 236, quae Aristides II 43, quae Aelianus III 58 sq., quae Philostratus IV 60 sq.,[4]) quae Iulianus apostata (saec. IV p.), Brambs.[5])

Nominativi absoluti[6]) habemus unum exemplum tit. 12 *μηδ' ὁπότερον ... αὐτῶν προελομένη γῆμαι, ἀγανακτήσαντες ... ἐφόνευσαν.* Quam structuram

1) Kühner-Gerth II 1, 541.

2) Meisterhans-Schwyzer, Grammatik d. att. Inschriften[3] p. 215, 20.

3) Schmid, Attic. I 91. II 42.

4) exempla ex Testamento Novo contulit Preuschen, Griechisch-Deutsches Handwörterbuch zu den Schriften d. Neuen Testaments, s. v. *ἐν* p. 383.

5) Studien zu den Werken Julians d. Apostaten. Progr. Gymn. Eichstaett 1879, p. 9.

6) nonnulla exempla Homeri, Herodoti, Euripidis, aliorum affert Kühner-Gerth II 2, 105 sq.

habet Polemo semel (Schmid I 51). Lucianus raro (I 249 sq.), Aristides bis (II 68), Aelianus duodecies (III 96), Philostratus multo crebrius quam Aelianus (IV 113 sq.).

Genetivi possessivi exstat exemplum notatu dignum tit. 16 *κατὰ δὲ τὰς θύρας τοῦ ναοῦ προσιόντων ἔστιν κτλ.* Quem genetivum, qui est linguae, quae vocatur *κοινή*,[1]) habet Lucianus quater (Schmid I 236), Philostratus semel Ap. Ty. 240, 13 K: nonnulla exempla ex scriptoribus Atticis contulit Kühner-Gerth II 2, 81 adn. 2.

Introiecit semel auctor in orationem *φασίν*, tit. 18 *καὶ ἡσθεῖσα, φασίν, ἐπὶ τούτῳ . . . ηὔξατο*: traditum quidem est *φησίν*, sed propter similitudinem compendiorum, quibus utrumque in codicibus exprimitur[2]), non dubito cum Jacobsio et Stadtmuellero corrigere *φασίν*. Praebet etiam Longini, qui vocatur, codex locis tribus *φησίν* de subl. II 1; XLIV 2; XXIX 1 pro vulgari *φασίν*, sed editores mutaverunt in *φασίν*, quod recte traditum est III 4; XXXII 7, cum XXXII 5 sententia *φησί* pro tradito *φασί* requirat. Alii vero loci, ut Plut. mor. p. 112 C et Dionys. Hal. epist. ad Cn. Pomp. p. 753 R. nullius sunt momenti, quia optime verbo *φησί* subiectum „adversarius“ suppleri potest. *φασίν* immissum in enuntiatum primarium invenitur apud Lucianum (Schmid I 296), apud Aelianum (III 325 sq.), apud Philostratum (IV 238 sq.).

Ex eo autem, quod auctor semel falso pronomen reflexivum adhibet tit. 2 *ὁ Βίων ἔχει Τήλεφον ἀνεγνωρισμένον τῇ ἑαυτοῦ μητρί* iure concludendum est temporibus posterioribus, quibus usus pronominum possessivorum iam fluctuabat, eum esse adscribendum; cf. Philostrat. imag. p. 346, 16 K: *ἐσθῆτι*

1) Schmid, Attic. IV 57.

2) Thes. ling. Graec. VIII 743.

καταλάμπει πάντα πλὴν τοῦ ἑαυτῆς εἴδους; idem ex eo concluditur, quod, si substantivi genetivus e substantivo pendet, saepius aut genetivum inter articulum et substantivum non inserit aut articulum non repetit,[1]) ut tit. 4 *τὴν Φρυγίαν γυναῖκα τοῦ πατρός*, 11 *τὴν πρόνοιαν τῆς Δίκης*, 16 *τὰς θύρας τοῦ ναοῦ*, 18 *τὸ σκεῦος τῶν βοῶν*; cf. Philostrat. imag. p. 317, 6 *τὸν ὕπνον τῆς κόρης*, 321, 4 *ἡ κεφαλὴ τοῦ Πενθέως*, 16 *τὴν ἠχὼ τοῦ ὄρους*, 26 *ἡ μεταβολὴ τοῦ εἴδους*, 323, 7 *ἡ πηγὴ τοῦ οἴνου* al. Utitur etiam genetivo antecedente ut tit. 5 *τοῦ πατρὸς τὸν φονέα*; cf. Philostrat. imag. p. 296, 10 *τῆς Ἰλιάδος τὴν γνώμην*, 309, 1 *τῆς λύρας τὸ σόφισμα*, 310, 15 *τῆς λύρας οἱ τόνοι*, 339, 5 *τοῦ χυμοῦ τὸ ἄνθος*, 341, 4 *τοῦ τόξου τὸν πῆχυν* al.

Semel legitur aoristus, cuius augmentum duplex est, tit. 19 *ἀπεκατέστησαν*; etiam hoc atticistae ex lingua, quae dicitur *κοινή*, receperunt;[2]) exempla, quae exstant apud Polemonem, collegit Schmid I 49, quae apud Aristidem II 23 sq., quae apud Aelianum III 35, quae apud Philostratum IV 30, quae in Testamento Novo, Gregory in Tischendorfii Novo Testamento III^{8} 121; invenitur aoristus *ἀπεκατεστάθη* Matth. 12, 13; Marc. 3, 5.

Deinde est nobis commemorandum auctorem verba composita pro simplicibus adamasse, ut tit. 5 *βάκτρον κατέχουσα*, 6 *διεκώλυσεν*; *ἐπιφανείς*, 8 *ἀνακρίνων*; *καθέστηκεν*, 9 *ἐνηλλάξενται*, 11 *ἐκπέμψας* al. De talibus verbis compositis rectissime Gregory sic indicavit[3]) „Saepe accidit lingua quadam veterascente, ut verba simplicia quasi senescentia verbis

1) sed complura eiusdem usus exempla iam ex scriptoribus Atticis, praecipue ex Thucydide affert Kühner-Gerth II 1, 618 adn. 1.

2) Schmid Atticism. IV 593.

3) in Tischendorfii Novo Testamento III^{8} p. 126 sq.

compositis cedant, neque desunt talia composita in Novo Testamento". Aelianus vero formavit 70 nova verba composita,[1]) Philostratus 123.[2])

Ne illud quidem nobis silentio praetereundum est, quod auctor saepius verbum finitum omisit. Tit. 7 *ὁ Ζ ἔχει . . . Ἀμφίονος καὶ Ζήθου ἱστορίαν· προσάπτοντες ταύρῳ*, 8 *ἐν τῷ Η ἡ τοῦ Ὀδυσσέως νεκυομαντεία*, 11 *ἐν τῷ ΙΑ Πολυδέκτης . . . ἀπολιθούμενος*, 12 *ἐν τῷ ΙΒ Ἰξίων . . . ἀναιρῶν*, 13 *ὁ δὲ ΙΓ Ἡρακλέα ἄγοντα* (Stadtmueller inseruit post *ΙΓ* vocem *ἔχει* secutus inscriptiones ad 2—7), 14 *ἐν δὲ τῷ ΙΔ Τιτυός . . . τοξευόμενος*, 15 *ἐν δὲ τῷ ΙΕ Βελλεροφόντης . . . σωζόμενος*, 17 *ἐν δὲ τῷ ΙΖ Ἄναπις καὶ Ἀμφίνομος*, 19 *ἐν δὲ τῷ ΙΘ Ῥῆμος καὶ Ῥωμύλος . . . ῥυόμενοι*. Sed cum agatur de imaginum caelatarum catalogo, non difficile est cognitu omnibus fere locis *γέγραπται* deesse, quippe quod facillime suppleri possit; tantum tit. 13 supplendum est *ἔχει*. Ubi enim verbum finitum adiectum est, legimus in lemmatis ad 2—7 *ὁ κίων ἔχει*, ad 9 *ἐνλελάξευνται*, ad 10 *ἐστὶν . . . γεγλυμμένος*, ad 16 et 18 *ἔστιν*.

Quicumque id, quod de titulis epigrammatum Cyzicenorum diximus, consideraverit, debebit confiteri r h e t o r e m satis doctum fuisse eum qui illos scripsit. Ex eo vero, quod dialectum affectat atticam quodque multa eius sunt propria, quae Atticistae usurpaverunt, concludendum est illum post Augusti tempora vixisse, quo imperante hi florere coeperunt. Quia autem hiatus leges plane contemnit, id quod eodem fere modo fecerunt Aelianus atque Philostrati, saeculum alterum p. Chr. terminus est, post quem floruit. Sed nobis persuasum est nos etiam altius descendere oportere, si aetatem huius auctoris dili-

1) Schmid, Attic. III 274 sq.

2) idem IV 431 sq.

genter definire in animo habemus. Quod enim attinet ad usum vocis *ἐκδημία* per se significantis discessum e vita, ob eum rhetorem mea quidem sententia in tempora post Gregorium Nazianzenum (saec. IV p.), qui coactus erat ad illam vocem adicere *πρὸς Θεόν* (Patrol. Graec. 35 or. XXIV p.1189 B), reicere debemus.

Adiectivum quoque *ἀνάγλυφος* primum legitur apud Eusebium (ineunte saec. IV p.), postea Byzantinorum tempore. Videtur igitur ille rhetor, qui inscriptiones epigrammatum scripsit, non floruisse ante saeculum quintum p. Chr. n.

IV

Quoniam in capitibus tribus prioribus de epigrammatis et de inscriptionibus seorsum egimus, nunc inquiramus, quaenam ratio sit illis cum his. Sed cum iam Radinger eam rem, ut mihi videtur, optime tractaverit (p. 118, p. 120 sqq.), paucis hoc absolvere possumus.

Atque primum quidem sententia poetam et titulorum auctorem viros inter se diversos esse eo fulciri videtur, quod multa in epigrammatis exstant, ex quibus solis nullo pacto cognosci potest, quid tandem in stylopinaciis fuerit fictum (velut ex epigr. 2) quaeque etiam titulorum argumento obloquuntur (cf. epigr. 6. 3 sq. *ἀλλὰ . . . τόξῳ θῆρα καθαιμάσσει Φοῖβος*, ubi Diana non commemoratur, cum lemmate *Πυθῶνα ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος ἀναιρούμενον*; epigr. XIV 3 sq. *τᾶς Διὸς εὐνέτιδος· ὅς σε δὴ αἵματι φύρσε*, ubi Iuppiter ipse Tityum punit, cum lemmate *Τιτυὸς ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος τοξευόμενος*; plura vide apud Radingerum p. 118). Sed ex hac differentia auctorum quoque diversitatem

minime necessario sequi Radinger l. l. optime probavit, cum facilius omnia explicentur, si unum eundemque auctorem statuimus, cui ut operum suorum, epigrammatum et titulorum, consensum efficeret, non contigerit.

Nam ne Wilamowitzii quidem sententia placet, qui sumpsit auctorem lemmatum aetatem poetae praecessisse, cum diceret „hominem quendam Byzantinum e descriptione pedestri columnarum caelatarum epigrammata edolavisse Cyzicena“. Nonnulla obstant, quae poeta certo ex lemmatis haurire non potuit (Radinger p. 121), ut epigr. VI 2 *ἐκνεύει μυσαττομένη*, 4 *καθαιμάσσει ἀπὸ σκοπιῆς*, VII 5 sq. *ἐκ ταύροιο καθάπτεται δίπλακα σειρήν, ὄφρα δέμας σύρῃ τῆσδε κατὰ ξυλόχου*, IX 3 *ἐγγύθι λεύσσων Νηλέα καὶ Πελίαν τούσδε καθεζομένους*. Sed ut hoc tribuatur poeticae licentiae, si considerabimus neminem, qui oratione soluta illa, quae in columnis erant ficta, describere in animo habuisset, tam abrupte[1]) fuisse scripturum, nos concedere debebimus inscriptiones ad hoc esse factas, ut in epigrammata introducerent: poeta igitur et auctor titulorum idem sit necesse est. Nam mos erat et rhetoribus et poetis, ut, si carmina recitarent vel declamarent, uterentur praefationibus, quae nominabantur *προλαλιαί*,[2]) per quas auditores de se suoque consilio certiores facere solebant. Hoc igitur loco nobis genus prolaliarum occurrit, in quibus rhetor de ea materia, quam in versibus tractare in animo habet, antea in oratione prosa auditores praeparat.

Cum sententia eundem rhetorem et titulos et epigrammata composuisse illud quoque concinit, quod

1) quam copiose Philostratus rhetor imagines descripserit, inter omnes constat.

2) vide Stock, de prolaliarum usu rhetorico. diss. Regimonti 1911 p. 98 sqq.

poetae (epigr. XI 4) communis est vox rarissima *λιθουργέω* cum rhetore quodque in epigrammatis eaedem figurae rhetoricae occurrunt quae in lemmatibus: antithetorum legi haec VII 3 sq. *δέσμιον ἦν πάρος εἶχε . . . νῦν δ' ἱκέτις αὐτὴ λίσσετο*, VIII 2 sq. *ζῶσα μὲν . . . οὐχ ὑπέδεξο πάιν, ἀλλά σε νῦν Ἀχέροντος ἐπὶ ῥηγμῖσι γεγῶσαν θαμβεῖ*, XIV 3 sq. *ὅς σε δὴ αἵματι φῦρσε . . . θηρσὶ δὲ βορρὰν . . . εἴασε*, XVI 4 *ὃς μὲν ἀπ' Αἰολίης, ὃς δ' ἀπὸ Βοιωτίης*, XVIII 1 *οὐ ψευδὴς ὅδε μῦθος, ἀληθείῃ δὲ κέκασται*, XIX 1, 3 *τόνδε σὺ μὲν παίδων . . . πόνον . . . τίκτεις, θὴρ δὲ λύκαιν' ἄνδρωσεν*; paronomasiarum IV 1 *μητρυιὰν Κλυτίος καὶ κλυτόνοος Πολυμήδης*, VI 1 *Κρεσφόντου γενέτην πέφνες τὸ πάρος, Πολυφόντα*.

Lemmata igitur atque epigrammata ab eodem rhetore post saeculum IV, fortasse saeculo VI p. Chr. (nam hoc quoque saeculo carmina facta sunt ad hoc, ut declamarentur; vide Stock, de prolaliarum usu rhetorico p. 105 sq.) esse facta pro certo haberi potest; sed quaeritur, undenam sciverit hic illas fabulas in stylopinaciis templi Cyziceni fuisse fictas. Dixerit quis eum Cyzicum oppidum ipsum eiusque templa adisse ibique omnia, quae ad Apollonidis aedem et stylopinacia pertinerent, comperisse (Radinger p. 121 sq.).

At vero huic sententiae illud gravissimum obstat, quod saec. VI p. Chr. — si huic saeculo te addixeris —, quo Sophiae basilica Byzantii aedificabatur, templa, quae pagani exstruxerant, omnino iam non fuerunt. Apollonidis quoque templum illis temporibus collapsum fuisse inde elucet, quod legimus in epigrammatum inscriptione *ἐπιγράμματα, ἃ εἰς τὰ στυλοπινάκια ἐγέγραπτο* „quae fuerant inscripta“; ergo templum illis temporibus non iam fuit. Hoc igitur unum restat, ut rhetor omnia, quae nobiscum de templo et de stylopinaciis communicat, ex descriptione

antiquiore hauserit.[1] Quapropter, etiamsi fortasse accidet, ut nihil certi de hac re eruamus, tamen nobis inquirendum est, a quo vel quando haec descriptio orta esse possit.

Scriptores autem eos, qui de rebus Cyzicenis scripserunt quique ante templi Apollonidis exstructionem (inter annos 159 et 149 a. Chr.) floruerunt. Deiochum Proconnesium vel Cyzicenum, qui ante bellum Peloponnesiacum opus *περὶ Κυζίκου*,[2] Agathoclem Cyzicenum vel Babylonium, qui ineunte saec. IV[3]) vel saec. III a. Chr.[4]) librum *περὶ Κυζίκου*, Neanthem Cyzicenum, qui scripsit Attalo I regnante opera[5]) *αἱ περὶ Ἄτταλον ἱστορίαι* et *ὅροι Κυζικηνῶν*, iure silentio praetermitto; Teucri quoque Cyziceni, qui imperatorum temporibus Romanorum floruit,[6]) libri *ἐφήβων τῶν ἐν Κυζίκῳ ἀσκήσεως*[7] et Sosicratis Cyziceni „libri historiae"[7]) (v. Fulgentium, Mytholog. liber II 10 ed. Helm), de quibus aliunde nihil constat, ad nos nihil attinent. Praeter hos auctores vero Polygnostus sive Polygnotus librum composuit *περὶ Κυζίκου*:[8]) qui laudatur semel in scholiis ad Apollonium Rhodium I 996 *Πολύγνωστος δὲ ἐν τοῖς περὶ Κυζίκου λῃστὰς αὐτοὺς λέγει* (id est *τοὺς γηγενεῖς*). Qui cum sic Gigantes interpretari potuerit temporibus demum post Euhemerum, qui vixit ineunte saec. III a. Chr.,[9]) facile fieri potest, ut post templi Apollonidis exstructionem floruerit et de eo scripserit.

1) id sumit etiam Radinger p. 122
2) Mueller FHG II 17.
3) Schwartz P. W. I 759.
4) Mueller FHG IV 288.
5) Mueller FHG III 2.
6) Marquardt, Cyzicus u. sein Gebiet 172.
7) Marquardt 171.
8) Mueller FHG II 18. IV 481.
9) Jacoby P. W. VI 1, 953.

Imprimis autem nobis commemorandus est Diogenes Cyzicenus, qui, si Suidae fidem volumus habere, scripsit *τὰ πάτρια Κυζίκου*. Servata sunt tria fragmenta[1]) de rebus geographicis a Stephano Byzantio s. v. *Ἀδράστεια* (fr. 2 *ἐν πρώτῃ [περὶ] Κυζίκου*), s. v. *Ζέλεια* (fr. 3 *ἐν τρίτῃ περὶ Κυζίκου*: castello Cyziceno hoc nomen erat), s. v. *Βέσβικος* (fr. 1 *ἐν πρώτῃ τῶν περὶ τῆς πατρίδος νήσων*, quem librum eundem esse quem *τὰ πάτρια Κυζίκου* censent Mueller[2]) et Marquardt;[3]) an iure, dubitari potest). De aetate vero Diogenis dicit Mueller[4]) haec „ex titulo *πάτρια Κυζίκου* conieceris seri aevi scriptorem Diogenem nostrum esse. Nam ut ab antiquioribus scriptoribus titulus ille alienus, sic Byzantino frequentissimus est"; ex eo autem, quod tantummodo a Stephano Byzantio ille liber affertur, Schwartz coniecit[5]) Diogenem non diu ante hunc vixisse: videtur floruisse Stephanus ineunte saec. VI p. Chr.[6])

Iam cum rhetor is, qui epigrammata Cyzicena fecit, saec. VI p. Chr. vixisse videatur, negari non potest probabile esse illum Diogenis opere esse usum. Sed illud quoque concedendum est fieri posse, ut Polygnosti libros *περὶ Κυζίκου* inspexerit. Etenim praeter duos hos auctores non novimus ullum scriptorem, qui de Cyzico oppido templisque librum composuit, nisi forte putas de iis sermonem fuisse in maiore aliquo opere periegetico nobis deperdito vel in libro ex genere *ἐκφράσεων*, quales scripsit Philostratus.

1) apud Muellerum FHG IV 392.

2) FHG IV 392.

3) Cyzicus u. sein Gebiet 172.

4) FHG IV 392.

5) P. W. V 737 sq.

6) Sakolowski, Philologisch-historische Beitraege f. Wachsmuth p. 108. adn. 1.

V

De epigrammatis eorumque inscriptionibus satis sit dictum; iam transeamus, id quod in prooemio promisimus (p. 5), ad fabulas eas, quae in columnis caelatis ante omnium oculos erant positae quaeque universae liberorum amorem erga matrem vel parentes ostentabant, et quaeramus, quisnam huius argumenti fabulas collegerit.[1]) De quo Radinger censuit (p. 123) probabile esse unum ex viris Pergamenis rerum antiquarum studiosis omnia illa exempla liberorum pietatis in parentes ex mythis et historia elegisse; sed eum fugit[2]) fieri potuisse, ut artifex vel artifices, quibus mandatum erat, ut stylopinacia facerent, haec sumerent ex enchiridio quodam, in quo talia exempla collecta erant. Nam inde a temporibus satis remotis veteres id egerunt, ut similes fabulas componerent atque congererent.

Iam Antimachus poeta[3]) in carmine Λύδῃ de dominae morte eo se consolari conabatur, quod infe-

1) non necessarium habeo fusius disputare, unde singulae fabulae ducant originem et ubi eaedem scaenae fuerint fictae, quoniam in enchiridiis Roscheri et Pauly-Wissowae hoc invenire potes. Hoc tantum adnotem certum esse recurrere mythos 3, 5, 7, 10, 11, 16 ad fabulas Euripideas, 3 ad Phoenicem (N[2] p. 621), 5 ad Cresphontem (N[2] p. 497 sq.), 7 ad Antiopam (Hartung, Eur. restit. II 417; Graf, die Antiopesage bis auf Euripides, diss. Halis 1884 p. 60 sqq.), 10 ad Hypsipylam (Oxyr. Pap. VI p. 27 sqq.; C. Robert, Herm. vol. 44, 1909, p. 397 sq.), 11 ad Dictyn (N[2] p. 459 sq.), 16 ad Melanippam captivam (N[2] p. 514 sq.), fortasse 15 ad Bellerophontem (Welcker, griech. Trag. II 796 sqq.; Hartung, Eur. rest. I 388 sqq.; Wecklein, Sitzungsber. d. philos.-philol. und hist. Klasse d. K. b. Akademie d. Wissensch. zu München vol. I 1888, 103 sqq.).

2) quod me monuit O. Rossbach.

3) sub exitum saeculi quinti a. Chr.; Christ-Schmid, griech. Literaturgesch. I[5], 130.

lices amores temporum mythicorum enarravit.[1] Qui mos propagatus est maxime per poetas Alexandrinos;[2] quorum commemorandi sunt Hermesianax, qui in elegiarum libro tertio longum ordinem veterum poetarum et philosophorum, qui, sicuti ipse, amore fuerant vincti,[3] deinde Phanocles, qui in carminum corona *Ἔρωτες ἢ καλοί* eos pueros pulchros, quos di et heroes dilexerant,[4] enumeravit, denique Callimachus, qui in opere illo notissimo plurimas fabulas collegit, quarum id proprium erat, quod universae ad *αἴτια* rerum quarundam, morum, consuetudinum institutorum al. pertinebant.[5] Huc revocanda sunt etiam scriptorum Graecorum *περὶ εὑρημάτων* opera, in quibus disputabatur, quis quid primus invenisset. Quod litterarum genus maxime peripatetici excoluerunt;[6] scripserunt libros *περὶ εὑρημάτων* Strato Lampsacenus, Theophrasti discipulus ac successor (287 a. Chr.)[7] et Philostephanus Cyrenaeus rege Philopatore, Callimachi discipulus,[8] ex quorum libris C. Plinium Secundum, apud quem heurematum catalogus vetustissimus hodie legitur hist. nat. VII 191—209, pleraque mutuatum esse verisimillimum est.[9] Ut igitur aliis in rebus, ita in his auctorum Graecorum studium ad scriptores

1) Plutarch. ad Apoll. p. 106 B; E. Rohde, der griech. Roman u. seine Vorläufer² p. 77.

2) de his catalogorum carminibus cf. Skutsch, Aus Vergils Frühzeit p. 52 sqq.

3) Athen. p. 597; Rohde p. 80 sqq.

4) Athen. p. 590 B; Rohde p. 89.

5) Rohde p. 93.

6) Kremmer de catalogis heurematum diss. Lipsiae 1890 p. 107.

7) Mueller FHG II 369; Kremmer p. 103 sq.

8) Mueller FHG III 33; Kremmer p. 105 sq.

9) Kremmer p. 106.

Latinos transiit, e quorum operum numero nobis servati sunt tantummodo Valerii Maximi[1]) „Factorum et dictorum memorabilium libri novem“ et Hygini qui dicitur mythographi fabulae.[2])

Atque horum quidem apud Valerium Maximum commemorantur in lib. V c. 4 § 1 „de pietate erga parentes et fratres et patriam“ ext. 4 exemplis Romanis antecedentibus Cleobis et Biton, Amphinomus et Anapius (cf. epigr. Cyz. 18. 17). In tertia autem Hygini fabularum libri parte inveniuntur indices, qui feruntur, in quibus exempla varia ex mythis, ex historia, ex arte, ex litteris collecta sunt. Quorum inscriptum est caput CCLIV „quae piissimae fuerunt vel piissimi“ ubi legimus:

„In Sicilia, cum Aetna mons primum ardere coepit, Damon matrem suam ex igne rapuit, item Phintia patrem. Aeneas item in Ilio Anchisen patrem humeris et Ascanium filium ex incendio eripuit. Cleops et Bitias, Cydippae filii“ (sequitur horum narratio).

Duo igitur exempla liberorum pietatis erga parentes, quae in stylopinaciis Cyziceni nobis occurrunt, apud Valerium quoque et Hyginum exstant, fratrum Catinensium et Argolicorum, hoc uno excepto, quod illi alibi semper nominantur Amphinomus et Anapius.[3])

1) floruit sub Tiberio; Schanz II 2², 196.

2) de eius aetate id unum scimus eum vixisse ante annum 207 p. Chr.; Schanz, II 1³, 526.

3) hic frater a scriptoribus Graecis solet nominari Ἀναπίας (a Strabone VI p. 269; a Conone narr. apud Photium bibl. p. 139 B, a Romanis Anapius (Val. Max. V c. 4 ext. § 4; Solin. V 15). Quare autem in titulo epigrammatis 17 Cyziceni ei nomen sit datum Ἄναπις, non Ἀναπίας, non difficile est intellectu: nam Ἀναπίας, quae vox continet certe tres syllabas breves, neque ad versum heroicum neque ad pentametrum quadrat; Claudianus, qui Anapius nomen in hexametro posuit, ut difficultatem

apud Hyginum, qui aliam fabulae versionem secutus esse videtur, Damon et Phintia.

Dubium vero non est, quin Hygini fabularum liber postremum recurrat ad librum olim Graecum qui nonnullis interpolationibus auctus in latinum translatus sit.[1]) Concedendum igitur est fieri potuisse, ut artifices templi Apollonidis, cum stylopinacia componerent, in exemplis eligendis tali opere Graeco uterentur, cuius exempla duo apud Valerium Maximum et Hyginum servata sunt. At tamen si reputabimus fabulam 2 spectare ad Telephum, Pergamenae terrae *ἥρωα*, 13 ad Telephi patrem, ad Herculem, gentis Attalidarum auctorem (Nicandri frg. 104 Schneider; Radinger p. 124), quarum delectus Pergamenam doctrinam sapit, sique considerabimus omnino tales fabulas eligere viri non nisi eruditissimi fuisse, nos addicemus Radingeri sententiae, praesertim cum demonstrari nequeat enchiridiorum indices tot virorum piorum exempla continuisse.

Iam vero propius accedamus ad templum ipsum eiusque stylopinacia. In inscriptione tertii Anthologiae Palatinae libri legimus hoc: *ἐπιγράμματα, ἃ εἰς τὰ στυλοπινάκια ἐγέγραπτο, περιέχοντα ἀναγλύφους ἱστορίας.*

Quid autem fuerunt *στυλοπινάκια*? Ex rhetoris illius verbis *ἀναγλύφους ἱστορίας, ἐνλελάξευνται* (tit. 9), *γεγλυμμένος* (tit. 10) Radinger recte conclusit (p. 117) opera fuisse caelata; sed si censet *στυλοπινάκια* fuisse tabellas *(πινάκια)*, quae columnis fuissent affixae vel aliquo modo in iis suspensae, ei assentiri ne-

evitaret, vocativo usus est, carm. min. 17,41 „cur non Amphinomo, cur non tibi, fortis Anapi?"

1) cf. Kremmer, de catalogis heurematum. p. 89. de Wilamovitz, Isyllos v. Epidauros p. 49, 9. Werth, de Hygini fabularum indole. diss. Lipsiae 1901 p. 2. 31. Schanz II 1³, 523.

queo. Quod enim attinet ad *στυλοπινάκιον* vocem, quae praeter hunc locum nusquam legitur, *πινάκιον* non modo significat tabellam, sed etiam imaginem pictam ut Isocr. II *τῆς ἀντιδ.* 2.; Theophrast. h. plant. III 9,7; Plut. vit. Philop. c. 4; *στυλο-πινάκιον* vero vocabulum videtur indicare coniunctionem artiorem cum columna intercedentem. Itaque equidem sequi malim sententiam Dilthei (Archaeol. Zeitung 2, 1848, p. 44 sq.) ac Schreiberi (Apollo Pythoktonos 1879, p. 71 sqq.), qui censuerunt esse ligamina caelata, quae circum imum scapum columnarum singularum currerent. Huic autem sententiae maxime favet, quod tales imagines, quas nullo alio nisi *στυλοπινακίων* nomine signare possumus, servatas habemus. Nam reliquiae templi Dianae Ephesii repertae imagines caelatas ostendunt in inferiore columnarum scapo.[1]) Neque modo huius templi exstructi ante extremum annum 323 a. Chr. in columnis tales imagines caelatae spectabantur,[2]) sed etiam templi antiquioris.[3]) Quod ortum est intra annos 560—546 a. Chr. Probabile igitur est stylopinacia Cyzicena imitari illa Ephesia.

Sed de stylopinaciis sat dictum sit; nunc accedamus ad templi columnas. Praescriptum est epigrammati septimo *ὁ ϛ' ἔχει περὶ τὰ ἀρκτῷα μέρη . . . ἱστορίαν*, decimo[4]) *ἐν δὲ τῷ κατὰ δύσιν πλευρῷ ἐστιν ἐν ἀρχῇ τοῦ ι' πίνακος κτλ.*, decimo sexto *κατὰ δὲ τὰς*

1) cf. E. Curtius, Archaeol. Zeitung 31, 1873 p. 72 sqq. tab. 65 et 66; Dilthey, ibid. 36, 1878, p. 44, adn. 9; Schreiber, Apollo Pythoktonos p. 73; Friedrichs-Wolters, d. Gipsabgüsse im Berl. Mus. n. 1242. 1243; Collignon-Thraemer, Gesch. d griech. Plastik I 188 sqq.

2) Collignon-Baumgarten II 415 sqq.

3) Collignon-Thraemer I 188 sqq.

4) Radinger erravit, cum legeret undecimo, id quod iam animadvertit Klein, Gesch. d. griech. Kunst III 138, adn. 1. Qua de causa illius exstructionem templi praetereo.

θύρας τοῦ ναοῦ προσιόντων ἐστίν κτλ. Inde sequitur (Radinger p. 122), primum ut templum fuerit *περίπτερον*, denique ut epigrammata ordiantur ab oriente, transeant ad latus septentrionale et ad occidentem vergens, finem habeant in latere meridiano, ubi etiam porta erat.

Secundum descriptionem igitur in latere ad orientem spectante septem columnae erectae erant (1—7), in septentrionali quattuor (7—10), in latere ad occidentem vergente septem (10—16); ergo lateri quarto, cui ipsi quoque quattuor columnas attribuere debemus, supersunt 16, 17, 18, 1, ita ut templum eam habuerit formam quam infra (p. 87) delineandam curavi. Neque enim Marquardtii sententiam, qui putavit[1]) in latere in orientem spectante fuisse sex columnas (1—6), in septentrionali tres (7—9), in latere in occidentem vergente sex (10—15), in meridiano quattuor (16—19) propter inaequales numeros accipere possumus. Quod autem Schreiber sumpsit[2]) in singulis lateribus senas columnas fuisse (in latere in orientem vergente 1—6, in septentrionali 6—10, in latere in occidentem spectante 10—15, in latere meridionali 15—19. 1) et in latere septentrionali inter epigrammata 8 et 9 unum excidisse,[3]) hoc fecit ea de causa, ut latus septentrionale eundem columnarum numerum quem meridionale haberet. At tamen necessarium non est sumere epigramma excidisse, immo non verisimile. Quoniam enim in lateribus ad orientem et ad occidentem vergentibus septenae columnae fuerunt, si sumeremus epigramma perisse, in lateribus septentrionali et meridionali quinas columnas haberemus. Sed hoc fieri

1) Cyzicus u. sein Gebiet 150

2) Apollo Pythoktonos p. 72, 20

3) id sumunt praeter illum Overbeck, griech. Kunstmyth. IV bes. Teil III p. 381, et Radinger p. 122 sq.

non posse inde apparet, quod peripteros semper columnarum p a r i u m numerorum monstrat.[1]) Unum igitur epigramma non modo non deest, sed etiam superest atque interpolatum est — epigramma undevicesimum, quod continet Romuli Remique fabulam. Hanc interpolationem confirmant et tempus originis fabulae illius et formae nominum, quae in epigrammate undevicesimo exstant. Atque in fabulae quaestione nobis succurrunt duae dissertationes: C. Trieber, die Romulussage in Mus. Rhen. 43, 1888 p. 569 sqq. et W. Soltau, Die Entstehung der Romuluslegende Arch. f. Rel. Wiss. XII 1909 p. 101 sqq.; cf. etiam eundem, die Anfänge der röm. Geschichtsschreibung p. 21 sqq. Qui duo viri philologi nos docuerunt esse probabilissimum Romuli et Remi fabulam esse ortam ex Sophoclis dramate *Τυρώ* (Trieber p. 570 sqq.; Soltau p. 105—111). Quaeritur iam, quis primus illum mythum imitando effinxerit et quo tempore. Constat autem plerosque scriptores Graecos saeculi quinti et quarti a. Chr. Romae urbis originem sic narravisse, ut eam de uno eponymo ducerent vel de eponyma.[2]) Nonnumquam tamen apud scriptores antiquiores iam duo fratres *Ῥωμύλος καὶ Ῥῶμος* (sed nusquam gemini, Soltau 113, 1) commemorantur in fabulae versionibus satis singularibus: narrat Cephalo Gergithius Aeneae fuisse quattuor filios (Dion Hal. Ant. Rom. I 72), Ascanium Euryleonem Romulum Romum at-

1) quod etiam e Vitruvio (III 2) concluditur, v. A. Hauser, Styllehre der architektonischen Formen des Altertums² p. 42. Baumeister, Denkmaeler d. klass. Altertums I p. 256 sqq.

2) Schwegler, röm. Geschichte I 1, 400 sqq. Niese, die Sagen von der Gründung Roms, Historische Zeitschrift N. F. 23, 484 sqq. Fridericus Cauer, De fabulis Graecis ad Romam conditam pertinentibus, diss. Berol. 1884, p. 6 sqq. W. Soltau, l. l. p. 111 sqq. J. B. Carter in Roscheri lex. IV p. 165 sqq. Paul Kretschmer Glotta I 290 sqq.

que hunc patre mortuo in Latio coloniam condidisse Troicam; Callias historicus, qui mortuus est anno 289 a. Chr., memoriae prodit (Dion. Hal. I 72) Romam mulierem Troianam una cum ceteris Troianis in Italiam venisse, Latino, Aboriginum regi, nupsisse, peperisse Romum, Romulum, Telegonum ⟨Telegonum esse mortuum; Romum et Romulum⟩[1]) urbi, quam condidissent, ex matris nomine nomen dedisse.

Usque ad Calliam igitur scriptores nihil referunt de illa fabula tam clara temporibus posterioribus, neque igitur potest fieri, ut existimemus iam ineunte tertio saeculo eam fuisse notam. Neque valde a veritate aberravit mea quidem sententia H. Reich, cum coniceret fabulam Romuli et Remi circa saeculum medium tertium esse ortam.[2]) Illis autem ipsis temporibus floruit Cn. Naevius, poeta Romanus (vixit fere 264—201 a. Chr.; ex anno 235 fabulas apud populum dare coepit,[3]) — qui fabulam scripsit praetextatam[4]) „Alimonia Remi et Romuli", qua in fabula primus scriptorum Romanorum illum mythum videtur tractavisse. Quamobrem censuit Soltau (p. 108 sq.) Naevii drama fuisse pontem, per quem poetarum Graecorum inventa ad historicos Romanos pervenissent.

Sed unum Soltau plane silentio nescio de qua causa praetermisit, quod recte iam antea Trieber adnotaverat (p. 576): rettulit enim Servius ad Aen. I 273 „Naevius et Ennius Aeneae ex filia nepotem Romulum conditorem urbis tradunt". Cumque verisimile sit Ennium (239—169 a. Chr.)[5]) Naevii ver-

1) sic supplet Ritschl; Fr. Cauer, de fab. graec. p. 19. 25.

2) Festschrift f. Oskar Schade 407.

3) Schanz, röm. Literaturgesch. I 1, 61 sq.

4) quae ab aliis inscribebatur Lupus.

5) Schanz, röm. Literaturgesch. I 1, 199 sq.

sionem excepisse. illius fabula, cuius vestigia sunt multo manifestiora quam Naevii, afferenda nobis est. De qua sagaciter egit Vahlen in praefatione Ennianae poesis reliquiarum editionis p. CLIII sqq. Apparet vero ex frg. XXVIII. XXIX. XXXI Ennio Iliam, virginem Vestalem, Romulique et Remi matrem, re vera fuisse Aeneae filiam et post partum in Tiberim praecipitari iussam ab Amulio, rege Albanorum. „Quam autem cognationis rationem cum Aenea et Ilia habuerit (Amulius), obscurum est“ (Vahlen praef. p. CLIX). At vero in ceteris rebus fabula Enniana cum usitata posteriore concinit, cf. Vahlen praef. p. CLXI sqq. Quam versionem Servii testimonio nisus persuasum habeo exstitisse etiam apud Naevium poetam: in fragmento quodam fabulae praetextatae „Alimonia Remi et Romuli“ legimus Amulii nomen.[1])

Historici autem hanc versionem Naevii et Ennii poetarum id praecipue reputantes non bene Romam conditam in tempora bellum Troianum subsequentia reici sic mutaverunt, ut pro Aenea Numitorem, qui Naevii Enniique fabulis omnino defuit, Iliae patrem substituerent et Amulii fratrem facerent. Quae versio temporibus recentioribus sola fuit usitata: sequitur eam epigrammatum Cyzicenorum auctor.

Annalium vero vetustissimus scriptor fuit Q. Fabius Pictor, qui floruit exeunte saeculo tertio a. Chr.;[2]) de cuius narratione Romuli Remique fatorum Plutarchus haec memoriae prodidit (vit. Romuli c. 3) *τοῦ δὲ πίστιν ἔχοντος λόγου μάλιστα καὶ πλείστους μάρτυρας τὰ μὲν κυριώτατα πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξέδωκε Διοκλῆς Πεπαρήθιος, ᾧ καὶ Φάβιος ὁ Πίκτωρ ἐν τοῖς πλείστοις ἐπηκολούθηκε.* Atque virorum doctorum alii censue-

1) Ribbeck, scaenicae poesis Romanorum fragmenta vol. I 322.

2) Schanz, röm. Literaturgesch. I 1, 230.

runt e Plutarchi verbis apparere Q. Fabium sequi Dioclem, id est illam fabulam ex eo sumpsisse; alii contrarium esse factum statuerunt.[1]) Sed rectissime H. Peter hunc locum interpretatus est,[2]) cum ᾧ ad λόγος reflecteret, ita ut Plutarchus diceret Fabium eam narrationis versionem esse secutum, quam Diocles primus Graecis enarrasset. Uter vero eorum sit vetustior putandus, incertum est ac fieri potest, ut fuerint tempore aequales. Dioclis autem versio, quae legitur Plut. Rom. c. 3—8, fere concinit cum Fabii versione, quae nobis servata est a Dionysio Halicarnassensi ant. Rom. I 79—83.

Quae cum ita sint, sic concludere possumus: si unius eiusdemque fabulae altera versio ineunte saeculo secundo a. Chr. ab historicis fingitur, quibus Numitor Iliae pater est, cum altera a poetis referatur, qui Aeneam pro Iliae patre habent, num verisimile est eam versionem, quam secuti sunt historici, tam celeriter esse vulgatam, ut iam intra annos 159—149 a. Chr. in templi Cyziceni columnis in Asia fingi posset? Equidem valde dubito, ideo quia viri docti Pergameni fabulam Romanam certo tum monumentis Graecis illustrandam non proposuerunt.

Hanc sententiam fulciunt etiam personarum columnae undevicesimae nomina quae in codice Palatino sic memoriae produntur: *Ῥῆμος*,[3]) *Ῥωμύλος*, *Ἀμόλιος*, *Σερβήλεια*,[4]) *Νομήτωρ*. Quod attinet ad Numitoris nomen, temporis indicium certum non praebet. Forma *Νομήτωρ* primum occurrit apud Plutarchum (46—120 p. Chr.) vit. Rom. c. 3 sqq.;

1) vide J. B. Carter in Roscheri lex. IV p. 172.

2) Berliner philolog. Wochenschrift 26, 1906, p. 241.

3) non licet sumere *Ῥῆμος* falso esse scriptum pro *Ῥῶμος*, quod Trieber voluit (Mus. Rhen. 43, 1888, p. 572, adn. 1).

4) Heynius voluit olim corrigere *Σιλουίαν*.

posterioribus temporibus apud Tzetzam ad Lyc. v. 1232, quem Cassio Dione (155—235 p. Chr.) usum esse pro certo habetur.[1]) Sed quoniam Plutarchus pendet e versione Dioclis Peparethii, Fabius vero, qui eandem secutus est cuiusque narratio apud Dionysium Halicarnassensem servata est, formam *Νεμέτωρ* praebet, quam usurpaverunt etiam Conon (apud Photium bibl. p. 141 a 28 sqq.; saec. I a. Chr.) et Diodorus (FHG II 9 fr. 6; saec. I a. Chr.) incertum est, utra forma sit usus Diocles ipse. Romani quidem poetae ubique habent formam Nŭmĭtor, quam testantur hi loci: Ovid. fast. IV 53, 54; Verg. Aen. VI 768; Iuvenal. VII 74; Sil. Ital. Pun. XIII 194, 212 al.

At certum indicium temporis posterioris praebet nobis forma nominis *Ῥῆμος*. Scriptores enim Graeci habent[2]) aut formam *Ῥῶμος* (Conon apud Phot. bibl. p. 141 a, 28 sqq.; saec. I a.; Dionysius Hal. I 76 sqq.; Strabo V p. 229; al.) aut *Ῥέμος* (Butas apud Plut. v. Rom. 21 in epigrammate; Diodorus Siculus fr. 6, FHG II 9; Diodorus Sardianus A. P. IX 219, 3; saec. I p.). Romani quoque poetae semper adhibent formam eam, quae habet e brevem, Rĕmus, ut colligere potes ex locis his: Ennii v. 79; 82 (Rĕmoram); Catulli 28, 15; 58, 5; Tibulli II 5, 24; Propertii II 1, 23; IV 9, 50; V 1, 9 al.; Priap. 67, 2; Ovidii fast. III 41; Ibid. 635; Horat. epod. 7, 19; Martialis 10, 76, 4; 12, 3, 6; Iuvenalis 10, 73; Persii I 73; Ausonii 19, 45, 5 al.

Forma autem *Ῥῆμος* Byzantinorum demum tempore occurrere incipit;[3]) invenitur enim apud Ioannem Malalam p. 171 (saec. VI p. Chr.); in Chronico Paschali I 204 (saec. VII p. Chr.; Krumbacher byzant.

1) Boissevain in edit. Cassii Dionis I p. 1.
2) vide Kretschmer, Glotta I 1909 p. 289 sqq.
3) Kretschmer l. l. p. 290, 1.

Literatur[2] p. 337); apud Suidam (saec. XI p.) s. v. *βρουμάλια*.[1]) apud Michaelum Glycam p. 266 (saec. XII p.). Propter quod Kretschmer censuit[2]) versum alterum (in quo exstat forma *Ῥῆμον*) et tertium epigrammatis undevicesimi Cyziceni Byzantinorum temporibus esse interpolatos, ut gemini, qui ante interpolationem nominibus non nominati essent, accuratius significarentur. Quocum consentire versum quartum melius versum primum quam tertium sequi. Cui sententiae hactenus assentior, ut ego quoque sumam versum secundum et tertium priore tempore quam saeculo VI p. Chr. non esse factos (nam huius saeculi forma nominis *Ῥῆμος*, quae tantummodo Byzantinorum temporibus invenitur, novum praebet indicium), id quod iam inde sequitur, quod omnino omnia epigrammata Cyzicena illa aetate esse orta mihi demonstrasse videor.

Dignum vero est, quod adnotetur, matri Romuli Remique, quae alibi vel Ilia vel Silvia vel Rhea Silvia nominatur, nostro loco esse nomen *Σερβήλειαν* id est latine Serviliam, id quod nullo alio loco memoriae traditum est. Sed iam Trieber commode animadvertit[3]) gentem Aemiliam ad originem suae familiae illustrandam pro Ilia matrem Romuli Remique Aemiliam substituere esse conatam: cf. Plut. Rom. c. 2 *οἱ δὲ Αἰμυλίαν τὴν Αἰνείου καὶ Λαβινίας Ἄρει συγγενομένην κτλ.* Idem Servilios fecisse recte Trieber censet; nam eorum quoque nomen femininum desinebat in „ilia". Facile enim talis fabulae versio oriri poterat, quod prae aliis gentibus nobilibus Serviliorum familia summa vetustate et summa auctoritate fuit excellens, cum fama esset iam a rege Tullo Hostilio Alba

1) sed constat Suidam hausisse hoc ex Malala p. 179.

2) Zu Anthol. Pal. III 19. Glotta I 416.

3) Mus. Rhen. 43, 1888, p. 572, 1.

eos vocatos esse et in patres receptos (Liv. I 30; Dionys. Hal. ant Rom. III 29). Notum vero est M. Terentium Varronem saec. I a. Chr. librum scripsisse de familiis Troianis[1]) id est de iis familiis, quae se ortas esse Troianorum aliquo gloriabantur. Sed nescimus, an inter has familias etiam Serviliorum stemma fuerit.[2]) Si autem fuit, viris doctis Byzantinis per Suetonium traditum fuisse poterat. Suidas enim laudat (s. v. *Τράγκυλος*) illius opus *στέμμα Ῥωμαίων ἀνδρῶν ἐπισήμων*.

Sed quoquo modo haec res se habet, tamen hoc constabit *Ῥῆμος* nominis formam in stylopinaciis lectam non esse. Quod cum ita sit, ex eo, quod de peripteri columnarum numero, de fabulae Romuli Remique origine, de personarum nominum forma protulimus, sequitur, ut illa fabula nullo pacto in templi Apollonidis stylopinaciis fuerit efficta.

Nihil igitur aliud nobis restat, nisi ut sumamus rhetorem Byzantinum illum, qui epigrammata Cyzicena edolavit, cum miraretur mythum tam clarum in stylopinaciis templi Cyziceni sibi non occurrere, suo Marte epigramma undevicesimum adiecisse ac sic numerum columnarum imparem intulisse, hoc fortasse agens, ut hominem quendam nobilem delectaret Byzantinum, qui veterum Romanorum rebus tamquam Byzantinorum primordiis multum tribuit. Quod optime concinit cum aevo Iustiniani (saec. VI p.), qui imperator, ut Wuenschii verbis utar,[3]) id praecipue egit, ut orbi terrarum persuaderet „Byzantinorum regnum idem esse

1) Schanz, röm. Literaturgesch. I 2, 437, 2.

2) Ceterum scribendi ratio *Σερβήλεια* temporibus posterioribus usitata est pro *Σερβιλία* (Plut. Cat. Min. 1. 24.) vel *Σερουϊλία* (Plut. Lucull. c. 38; Appian. b. civ. II 112).


3) in praef. editionis Joannis Lydi de mag. populi Romani p. VII.


atque veterum Romanorum imperium ipsosque Byzantinos vita moribus institutis veteres Romanos referre."

Quodsi quaerimus, qua ratione vel quo consilio imagines duodeviginti fuerint dispositae in columnis, difficile sane est recte respondere. Hoc unum certo mea quidem sententia dicere possumus imagines, quae spectabant ad historiam, fratrum Catanensium et Argolicorum, consulto in utroque latere introeuntium esse positas, quia homines in historia notissimi optime visitantes commonefaciebant de viris, qui templum matri dedicaverant, de Eumene et Attalo. Quod vero attinet ad omnes imagines, nescio an conici possit illas, prout filius unicus aut fratres duo erga matrem vel parentes pietatem praestiterunt, dispertitas esse ita ut responsio quaedam oreretur, qualem colligere potes ex templi figura infra in pag. 87. Respondent enim tali modo sibi fere pars meridiana et septentrionalis templi. Alio autem modo mihi non contigit, ut quandam rationem dispositionis harum imaginum detegerem, si modo omnino tale quid is, cui mandatum erat, ut illa exempla eligeret et disponeret, in animo habuit.



























Delineatio templi Cyziceni
Vide p. 78 et 86.

Vita

Natus sum Heribertus Meyer in oppido Klausthal sito in silva Hercynia a. d. VI Kal. Aug. anni MDCCCXC patre Franzisco matre Malwina e gente Stark, quibus adhuc viventibus valde laetor. Fidem confiteor evangelicam; litterarum elementis imbutus sum in gymnasio Klausthaliensi, quod inde ab anno MDCCCXCVI per unum annum frequentavi. Inde ab autumno anni sequentis, cum pater in praeceptorum academicorum ordinem Regimontanum advocatus esset, Regimonti gymnasium Guilelmianum per decem annos et sex menses adii. Vere anni MCMVIII maturitatis testimonio instructus inter cives universitatis Regimontanae receptus sum, ubi per tres annos et sex menses studiis philologicis et historicis operam navavi.

Docuerunt me viri doctissimi *Ach, Bezzenberger, Deubner, Dorner, Goedeckemeyer, Jeep* †, *Kowalewski, Krauske, Ludwich, Meissner, v. Negelein, Rossbach, Ruehl, Schubert, Schulthess, Wuensch.*

Proseminarii sodalis fui per duo semestria, seminarii rectoribus *Jeepio* †, *Rossbachio, Deubnero* per tres sex menses. Ad exercitationes archaeologicas ut adessem, benigne mihi concessit *O. Rossbach.* Denique societati Plautinae a *Ludovico Jeep* per duo semestria, graecae a *Ludovico Deubner* et *Ricardo Wuensch* institutae per sex menses interfui.

Quibus viris doctissimis omnibus gratias ago iustas ac debitas; summam vero gratiam semper habebo *Ricardo Wuensch,* qui, quae eius est benevolentia, in hoc opusculo instituendo et perficiendo consilio operaque numquam me adiuvare destitit.